subsequatur altera. et non erit ultima, si alia subse-
quatur: quod est ultimam ipsam positivam partis in
[illegible] persistere dicit negationem unionis ad alteram
partem subsecutam. hac ratione dicimus, naturam comple-

tam, et adequatam trani in se, et in se sistere aut
subsistere, si nulli alteri naturae aut subst. uniatur:
s. addit q. suppositum naturae sub. completae, et expresse
d. solam negationem unionis. itaut in ratione suppositi
seu personae, ni explicite dicat id positivum, q. constituit
naam subsistentiam, d. s. addat etiam, ni ei unitam.
Hinc iam patet 1o vera doctrina ex def. e Boe
tij apud omnes celebri: nam persona e rationalis naturae indi
vidua substantia, ni quidem individua quatenus [illegible]
naturae subsis. quatenus idem e, atque in se indivisa in se
et divisa a quolibet alio. Tunc sic: q. sit indivi
sa in se idem e, atque q. non sit divisa in suas partes, ni
illas habeat: unde homo divisus in se, seu divisus in sua
[illegible] ni e suppositum, neque persona. et hoc pertinet
ad 1. def. partem: quae spectat ad entitatem tamen naturae
integram, completam, et sub. Sequitur 2a def.
pars, in qua continetur ultima ratio constitutiva personae, seu
ultimum complementum, et [illegible] illius. quae qui
dem exigit [illegible], q. substantia individua sit divisa a
quolibet alio: sed q. divisa sit a quolibet alio nihil
aliud, nisi q. substantia illa sit separata a quolibet
alio, seu non unita cum aliquo alio: ergo ultimum com
plementum suppositi et personae nihil aliud ad
dit naturae completae et sub. nisi q. separata sit a quo
libet alio, seu non unita cum aliquo alio: atqui
hoc supra entitatem adequatam, et completam
naturae singularis nihil addit, nisi negationem unio
nis ad alteram substantiam: ergo cum hac sola negatione
s. addita intelligitur, et adequatur ultimo [illegible]
naturae in ratione suppositi, seu personae in actu [illegible]
Pr. 2o et ultimo ex [illegible] inefficacitate ex ipso

consensu et acceptu subintr.: Nemo enim dubitat quin
subsistentia sit ultimum terminum, et complementum substantiale;
quod sit, an praeterea habeat aliquid aliud praedicatum. hinc quod
contrariam sententiam 2° retorqueamus: quia praeter id de natura subsistentiae
contineatur, esse in alio, per quod ultimo terminatur in se, nec
ulterius aliquid substantiale ad sui unionem admittit. Sola
natura humana Christi v.g. formaliter terminatur in se ultimo, per hoc
quod nulli alteri unita sit in actu: quod per hoc, quod nulli alteri uni-
atur in actu, subsistit in se. Unde mihi patet: quod si natura hu-
mana Christi in actu uniretur alteri suppositum, suppositum
aut individuum, quod resultaret, non terminaretur ultimo, nec fi-
niretur in sola natura humana Christi: ergo quod suppositum in
sola natura humana Christi terminetur, est formaliter quod nulli alteri naturae
unita sit in actu. Et hoc, quod superadditur, est sola negatio
unionis: ergo etc. Confirmatur exemplo continuo: quia enim
ista latitudo, quod tabula in puncto a terminetur, nisi quod ita
constituatur per punctum a, ut nihil ultra se diffundatur ulterius
per unionem ad aliam partem: ergo terminatur, quod natura sistat,
aut subsistat in se, seu quod in se terminetur, per eliditur entitatem
potentem positivam naturae, sed quod non uniatur ulterius
cum altera natura, aut subsistat. Confirmatur 2°: quod existere
in alio, et existere per se, secundum id quod existit, ad-
dunt, sunt extrema contradictorie opposita, ut et simul
contrarii adversarii docent cum Patre Suarez: sed existere in alio
est quid positivum per unionem ad aliud: ergo existere per se, quod
est idem ac subsistere, est quid negativum. Confirmatur 3°: quia si natura
humana Christi Domini dimitteretur a Verbo, eo ipso, et per istud
inciperet non esse in alio: ergo eo ipso, et per istud inciperet existe-
re per se: ergo subsisteret in se: ergo ut subsistat in se, sola
illi deficit ratio unionis. Sect. 6. adversantium rationi-
bus, et clamores sopiuntur.

Sect. 6.
Argumenta in contrarium.

Secce iam à mysterio Trinitatis impeti-tur, et ad nostram hanc doctrinam de subsistentia creata, stabilita quam supra dedimus de subsistentia Divina. 1º arguitur sic. Persona in Divinis dicit aliquid positivum vel virtualiter, vel re distinctum, et rursus additum naturae, tanquam ultimum terminum, et complementum suppositi: ergo persona in creatis dicet etiam aliquid positivum vel virtualiter, aut re, si realiter, virtualiter distinctum, et rursus additum naturae, tanquam ultimum terminum, et complementum suppositi. Probatur consequentia: quia ea quae in Divinis inveniuntur unita seu identificata, in creatis inveniuntur dispersa, seu distincta. Conveniunt ergo persona in Divinis, et in creatis in eo quod utraque dicat, et rursus addat naturae aliquid positivum, differunt tamen in eo, quod in Divinis sit realiter idem cum natura, in humanis vero sit realiter additum, et distinctum. Respondeo concedendo antecedens negando consequentiam. Disparitas manifesta est ex diversitate naturae creatae, et increatae: natura enim Divina, seu increata ex sua peculiarissima ratione habet quod licet singularis, et completissima sit, possit eadem distribui in triplex suppositum, seu personam: quae ex sua peculiarissima ratione habet non sistere in se, sed tendere ulterius porrigendoque communicabilitatem ad triplex suppositum constituendum. At e contra evenit in natura creata, quae ex propria limitatione et imperfectione sua habet sistere in se eo ipso quod completa et integra sit: nam eo ipso non ordinatur ulterius, nec tendit ad unionem vel communicationem cum alio. Quod si illi adveniat unio cum aliquo alio subsistenti, hoc fiet praeter, et contra aut saltem praeter suam naturam, et naturalem exigentiam.

Secundum argumentum fit à mysterio Incar-

nationis ingenio sibi uidentur triumphare aduersarij: sed
quia ostendunt melius posse intelligi Mysterium in-
carnationis in sua, quam in nostra sententia; ideo quamuis nulla alia
ratio illis suffragaretur, hac sola se satis munitos
et roboratos credunt. Nam ex mysterio incarnationis
sic arguunt 2°. quia ex hoc mysterio constat humani-
tatem Xpti D. non habere propriam subsistentiam, per quam subsiste-
re, sed per subsistentiam uerbi: Verbum autem D. habere subsis-
tentiam sibi propriam per quam in se subsistit, et quae communi-
catur humanitati per unionem hypostaticam. hisce
autem duo, quae certissima dicuntur, egregie uidentur in
nostra sententia componi: nam sicut humanitas unitur Ver-
bo, etiam Verbum unitur humanitati: quod sicut hu-
manitas per unionem ad Verbum non subsistit in se, sed
in Verbo, sic etiam Verbum per unionem ad huma-
nitatem non subsistit in se, sed in humanitate: quod si-
cut humanitas non habet propriam subsistentiam, quia unita est
uerbo, sic etiam Verbum non habebit propriam subsistentiam, quando
unitum est humanitati: quod est falsum. et confirmatur: quia
ideo Verbum conseruat propriam subsistentiam, quia conseruat
terminum positiuum intrinsecum superadditum naturae: quod natura
humana, quae subsistentiam propriam non habet, ideo illam non habet,
quia non seruat terminum aliquem positiuum, per quem sibi
hereret in se sistens, et tracta diceretur.

Adeo non me mouent haec a propria mente, ut
potius credam, facilius multo posse mysterium incarna-
tionis intelligi, explicari et defendi in nostra sententia de subsistentia
et supposito in ratione entitatis positiuae additae.
et quidem in doctores, qui nobis aduersarij sunt, non pau-
ci plane fatentur in eam, et non ad minimum satis possunt ar-
gumentum desumi ex hoc mysterio incarnationis. id

exp̄cit, et Alastrus sent. 3. c. 1. Ar. Alexand. dp. 39. sec
2. quem refert Ill.mus aliquin in fine n. notis sequentibus.
quas notas subscriptas ex R. P. Luca Guadingo de Incarnat.
dp. 4. num. 30. Mirum unquique videtur, quod Ecclesia Pl.
per totos 200 annos quibus Nestoriani et Euthi
chiani de mysterium Incarnationis grassabantur in
Ecclesia, nullos fuisse ad istorum hæreses profligan
dam ulla positiva entitate aut modo positivo naturæ
addito naturæ creatæ, qui dicatur deficere in natura hu
mana assumpta a Verbo D., et hanc optimam mys
terii hujus explicationem a Deo fuisse servatam in hæc
nostra tempora in quibus hæreses illæ omnino sepultæ, et
singulares de hoc mysterium iam sunt. Quod autem
Patres qui contra Nestorianos, et Euthichianos decer
tabant non sint usi ea subtilitate creatæ dicta, et modo ab
entitate positiva naturæ creatæ addita, statutis quibus
qui, mediocriter sanctos Patres, et antiquos theologos cura
saverunt.

Et sane celebris ad numerum tom. 6. bibliothecæ
novæ SS. Patrum disputatio quædam Rustici Diaconi cum Acepha
lo Nestoriano: ubi cum Rusticus per multas paginas impugnaret
ab Acephalo, ut diceret hominem habere naturam hu
manam Christi, quod esset alterius personæ humanæ, si non nihil
haberet homine, exponeret, quam non esset persona quæ ac
aliæ? Sed concedendo ex Rusticus nihil habere minus,
aut in substantia, aut in accidentibus, immo tam sola
concipiendo tur, per concipientem personam; ac deinde,
et subsistentiam non in persona, quia non est sola, sed unita
Verbo: quod unita est in Verbo, tamquam illius propria est pars ipsi.
quis non videt totam hanc doctrinam mysterium incarnationis ex
plicari sine ulla entitate positiva addita naturæ creatæ ad

Subsistendum, quę de fieri dicatur naę humanę Xpti D: Cyrillus adhuc tom. 9 eiusdem bibliothecę, ubi cum Theodoro ... Epis copus catholicum cum Nestori ano quodam decertaret, et à Nestoriano obiiceret: esse in Xpto naturam humanam cum proprietatibus et accidenti bus suis: ergo esse in illo personam humanam. Inquidem negat nando ... ut negari deberet, si illi naturae deesset aliqua positiva entitas, aut proprietas naturalis ad perso nam; quod posita admissa doctrina ... ad aliam solu tionem effugit, quae tota est nostra doctrina; sic n. ait post alia quędam in ... hanc: nec satis est atque natio nem hypostasis esse naturam compositam cum proprie tatibus; non oportet ... corporis humanitatem assump tum, pars est Xpti, ideo non est hypostasis.

Ex his satis constat, quod immerito posuisse DD. Scholastici ex mysterio Incarnationis nostro argumentum desumere, si vellent veterum scripto rum, qui cum ipsis hereticis decertarunt, vestigijs insistere. Et ut in particulari tamquam argumento facto scien dum est, in Xpto D. non esse verum esse, quod natura humana subsistat in Verbo, sed etiam quod Verbum subsistat in natura humana. Expresse habet hanc locutionem S. Thom. 3 p. q. 2. ar. 2. ad 1um ibi: Natura humana dicitur Ver bo, ut Verbum in ea subsistat. Et iterum q. 16 ar. 12. ad 1um: homo est proprium homini Xpto, quod persona subsistens in humana natura eius, non sit causata ex principijs humanae naturae, sed sit aeterna. Quam etiam locutionem ex S. Thoma didicit, et usurpavit P. Tamburinus dp. 1. q. 3. dub. 8. num 281. humanitas in con creto de Verbo, non quidem 2um se, sed ut subsistente in natura humana praedicari. Sensus est, quod Verbum subsisten

det in nat.a humana, ita ut ab illa dependeat ad existendum; et quod unionem hypostaticam ad naturam humanam non transcendit per se illa, sicut abesse demonstrabat, et quod ultra, id est quod non tendit, et communicat terminare ad tantum unionem veram, et realem naturae humanae. Ad argumentum quod dicendum est, Verbum uniri humanitati, sicut humanitas unitur Verbo, scilicet vere, realiter et intrinsece: unde etiam dicendum est, humanitatem non subsistere in se, sed in Verbo. Nec Verbum subsistere in se, sed in humanitate. Adhuc tamen humanitatem non habere propriam subsistentiam distinctam a natura, sicut habet Verbum; quia videlicet subsistentia propria Verbi est quid positivum superadditum naturae, subsistentia vero naturae humanae non addit quid positivum, sed negativum. Unde etiam patet ad confirmationem.

Sed instatur ex SS. PP.[bus] Verbum Dei assumpsit naturam, et non assumpsit Personam; quod etiam definitum est in Conciliis, et PP.[bus]: quod quia non assumpserit Personam, non est possibile quod assumserit naturam. Confirmatur: quia si idem esset assumere naturam humanam, et non assumere personam humanam, frustra conatum fuisset Scotum definitionis et expressum esse. Arguitur ex Paschasio lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 4. ubi dicit, quod in Christo Personam personam consumpsit: quia persona recipi non posse. Et ex Damasceno lib. 3. cap. 9. ubi in contrario: non est necesse, inquit, naturas invicem unitas, ut unaquaeque suam habeat hypostasim: nam fieri potest ut in unam concurrant hypostasim. Quae verba expendens P. Arriaga sect. 6. num. 29 certissime si propriam hypostasim demonstraret non esse unitam naturam, idem videretur ac dicere, non est necesse, ut supposita unione non maneat sine unione: quod quidem nugatorium in eius dicit. Maior pri

xos plane doctos a dicto huic argumentationi incumbere, ut
illam huiusmodi illius vexarent et scholas illa ingurgitent.
q. incerta, et similibus id sciendum est, ad concilia et adoctores
q. loquuntur dogmatice pro spectare, quid tenendum sit
in fide catholica. quomodo autem id apud theologos expli
candum sit, pertinet ex rechitum. hinc est, quod cum spectat ad
fidem catholicam asserere duas in Christo esse naturas, et du
as personas, assumptam quae est naturam humanam, et
assumptam personam verbi mirum, quod id certum
quod ex ipsis verbis definitum sit, nulla hypothesi elauendi
latebra esset, aut rima, quidquid sit, an hoc defectum en
titatis positivae, an per totam unionem realem ad
veniendum naturae explicandum sit. Unde intelligen
dum fuit tractatum quod secundum definitum est, ne quis nugato
rium esse asserere, quod persona personam absumat, aut
quod naturis unitis non sit necesse, quod singulae suam habeant hy
postasim: quod hoc certum quod vexatissimum est, quomodo
autem id sit intelligendum, aut explandum inopi
niones venit scholastici eorum. Sec. 7. impugnationes
alias nostrae sententiae procido.

Sect. 7.

Impugnationes alias nostrae sententiae procido.

Aliquod nobis insurgere auctoritas est multorum
theorum doctissimorum celebri, praecavens dicatur, pla
cuit impugnationes alias, partim theicas, partim quae
metaphoras exponere. quod impugnatur hic 1° sententia nostra:
quia ex illa sequitur Christum dei non esse magis personam dei
quam humanam: at quod hoc falsum est, nam Christus dei est
persona dei et non est persona humana, quod est maior
probatur sicut humanitas non caret unione cum deo, ita deus
non caret unione cum humanitate, quod sicut non per

sona humana, q̄ hēt unionem humanitas ad Deum;
tamen erit persona Dei q̄ Divinitas etiam hēt uni
onem ad humanitatem. q̄ nec Dei nec humana p̄so
na erit, s[ed] alia mixta: q̄ ē hæreticum: Ita argumentati
onem hanc deludit p. Arr. num. 34. qual de
miror virum alioqui doctum ñ meminisse, hic ēē
q. an persona Xpti D. dicenda sit simplex, an compo
sita? de quo S. Thom. q. 2. ar. 4. et ipse Arr. dsp. 29.
in qua difficultate ipse cum aliis Theorum, et S. Thō dis
tinguit in Persona Xpti D. duos status: 1us ē, quem habebat
no Verbi D. habuit in quo certe persona illa fuit realiter simplex
et ñ composita. secundus status ē post unionem hypo
staticam naē humanæ cum Verbo, et in hoc statu per
sona illa composita ē per unionem naē humanæ. Con
clusio hæc definita ē in Synodo Constantinopolitana act.
8. canone 4. resultat q̄ ex Persona Verbi et naā hu
mana ñ persona quædam mixta ex utraq. s[ed], ut male
intulit p. Arr; s[ed] persona quædam composita: nam
extrema in compositione iam naam retinent, ñ ita in
mixtione philosophica, in qua p. mixti in alteram
quandam naam transeunt. quare autem ñ possit dici per
sona humana, potest tamen dici persona Dei, Constat ex
dictis sect. præcedenti q. 9. Si q̄ aliud ē, ē personam mi
xtam, et aliud ē, ē compositam, qui arr intulit, fore
in Xpto D. personam aliam mixtam. cum potest
inferre per quandam personam compositam?

Impugnat. 2a nra sa: q̄ quotiescumque in aliquo
subiecto reperitur ratio aptitudinis ad aliquem effec
tum, seu ratio aptitudinalis, s[ed] hæc oritur ex naā sub
di, ex aliquo positivo addito: s[ed] in persona crea
ta datur ñ solum ratio unionis, s[ed] ratio etiam aptitudinis

adunionem: quia vel ex ipsa natura 2ª se, vel ex aliquo positivo superaddito oritur. Atqui non ex ipsa natura secundum se: nam ipsa 2ª se potest uniri, ut unita re ipsa est in Christo D: quod oritur ex aliquo positivo superaddito. = Confirmatur: quia quaelibet res separata est, et seiuncta a quolibet alio, vel etiam habet vim separandi se, et se seiungendi a quolibet alio: atqui vim hanc non habet per solam nationem disiunctionis, seu per solam non unionem, neque per solam entitatem positivam naturae humanae; ergo per aliquid superadditum naturae positivum; per quod resistit substantiis extraneis, et illas a se, et sui coniunctione repellit. Rursus naturam completam, adaequatam, et in se integram potest sibi excludere naturalitas communi. Tertio in compositionum cum diversa natura; nam eo ipso, quod natura completa sit, habet non ordinari ad ulteriorem compositionem, aut unionem cum aliquo alio diverso naturae: eo autem ipso, quod non ordinatur ad eam ulteriorem compositionum, aut unionum, a se naturaliter repellit unionem, et compositionum omnium cum quolibet alio diverso naturae. hoc tamen non tollit quod supernaturaliter possit illam subire, et tunc ei, ut contingit in natura humana Christi D. Unde ad argumentum consistens in syllogismo, negandum est antecedens subsumptum. et ad huius probationem distinguendum est: ipsa natura 2ª se potest uniri naturaliter, nego; supernaturaliter, concedo. Et hinc ad confirmationem.

3ª impugnatio. natura humana etiam completa, et adaequata est indifferens ex se ut maneat in se et uniatur cum aliquo alio, spectata potentia obedientiali. ergo: sicut ut uniatur cum aliquo alio indiget aliquo superaddito. ergo ut maneat in se indiget aliquo etiam superaddito. Huic dicitur: hoc superadditum, per quod dicatur natura manere in se et esse per se aliquid positivum, et aliquid positivum superadditum

rea, ut non in se maneat, et existat per se. hoc autem est
unire entitatem ejus positivum, et non unire est dicto
rium negativum alterius: quod manere in se, et per se ex
istere, non est ipsius entitatem non uniri. hoc enim contra nul
la est: entitas existit, et non est unita alteri. quod existit per
se et in se. et hoc quod est existere in se, et per se existit ali
quod aliud praeter hoc, quod est entitatem non esse alteri unitam.
Probo ex dictis, entitatem completam, seu naturam in
se adequatam, et integram physice eo ipso quod non sit
unita alteri existere per se, et in se manere. nihil enim
aliud est entitatem completam, et adequatam ex
istere per se, nisi non existere in alio seu cum unione ad
aliud. Ad argumentum quod in fra vero, distinguendo majorem:
natura etiam completa et adequata est indifferens ut
maneat in se, aut uniatur cum aliquo alio nata
liter non: ut maneat in se, aut non naturaliter uniatur, nego
do. Concessa ergo minori distinguendum est consequens: quod ut
maneat in se, indiget aliquo positivo superaddito, nego; ali
quo negativo, concedo. et hoc distinxi claritatis gratia; nam
negativum superadditum non est aliquid positivum in aliquo: non quod in
diget aliquo, id quod non indiget aliquo positivo. ad
subsumptum negandum est; in cujus probatione distinguen
da est major: manere in se, seu existere per se non est ipsi tantum uni
ri entitatem completam, non. entitatem incomple
tam, omitto. Dixi omitto, quia scio etiam animum ra
tionalem separatum dici existentem per se, immo
et subsistentem ipsius, quia separatus, et non unitus erit.
Impugnatur 4.° nostra sententia: quod natura humana
Christi Domini non est indistincta cum unione ad Verbum; quia ipsa
non se habet rationem aptitudinalem talis uni
onis: quod ut illam habeat, requirit aliquid aliud positivum,

q. quod repugnet unioni ad alterum extremum, aut illi subsistat. Ergo 1° contra: quod si ratio sui haberet illam inclinationem aptitudinalem, seu repugnantiam ad unionem cum aliquo, violenta esset cum unione ad aliud, etiam si hoc aliud esset ipse Deus. Confirmatur, et explicatur: quia natura humana per talis si, ut eo, quo existit modo, petat non uniri cum aliquo alio: ac natura humana Christi Domini non peteret non uniri, cum potius sit unita: ergo aliquid est in natura humana Petri, quod non est in natura humana Christi Domini. Atque hoc quidem est alteram esse unitam, et alteram non unitam. Respondeo, aliud esse quod aliquid sit contra naturam rei, et aliud, quod sit supra naturam: unio hypostatica naturae humanae cum Verbo Divino non est contra, sed supra naturam; unde ibi non est violenta humanitas. Habet ergo natura humana sub illo respectu quod sit natura completa naturalem repugnantiam, aut renitentiam ut copuletur cum aliquo alio ente completo, et adaequato. Ut autem cum Deo copuletur supernaturaliter in unitatem suppositi, neque appetitum dicit naturalem, neque repugnantiam. Quod si aliquando hoc unum diceret, potius appetitum diceret quam repugnantiam, cum potius esset illi hoc tantum bonum expetendum, casu quo in illius arbitrio poneretur, seu voluntate. Quare oportet distinguendum in 1° sequenti in ordine ad agentia naturalia, et componendum cum alio naturali, non. In ordine ad agens supernaturale, et ad componendum cum aliquo supernaturali, et perfectiuo sui, concedo. Hinc etiam ad confirmationem solutio patet.

Impugnamur adhuc: quia ipsa natura completa, et integra dicit propensionem ad existendum per se. Et ratio, per quam habet esse, dicit etiam naturalem, et essentialem connexionem, et rationem adaequate ducendum in esse per se, ut inde deducitur, quod producit persona in se

Subsistens: i. inclinatio terminus, et connexione
alteri non potest esse ad aliquod negativum, sed ad aliquod positivum:
quia natura secundum totum, quod dicitur ut existens per
se, est in se aliquod positivum. Et confirmatur: quia
ens per se, et suppositum, sive persona sunt quid
positivum: quia non possunt constitui per aliquod negativum:
quia ultimum complementum suppositi, et perso-
nae, in ratione talis, est quid positivum, et non est ultima negatio
unionis. Respondeo, in propensione etiam, in connexione
et in actione illius, immo in quolibet termino rea-
li, dari aliquod positivum, et aliquod negativum: nam
unumquodque complens aliquid est, et aliquid non est; quod si sit termi-
nus relativum, ad aliquid est, et ad aliquid non est: positivum
quod est ordo ille, quem habet actio ad terminum producendum,
v.g. ad naturam completam. negativum autem est, quod haec
actio non tendat ulterius ita dando esse naturae, ut sit depen-
dens ab alio. Unde si natura habet esse per talem actio-
nem, habebit esse per se, et in se, et non in alio. propensio, sive
connexio, et similiter secundum positivum, quod dicitur ad oppo-
situm, et secundum negativum, est ad negativum. Ad confirmationem
respondeo, ens per se, et suppositum esse quid positivum secundum quod di-
cit in recto, non tamen quid, quod connotat in obliquo: nam sup-
positum, et persona est ens per se, seu natura completa et
singularis cum negatione unionis ad aliud. Itaque
non est apud me ipsum aliquod positivum explicatum per
negativum. Sed aliquod positivum cum negativo, i. dau
Item quod negativum est apud me non est aliquid, sed potius est non
aliquid et purum nihil. Et hoc quidem est, non unio-
nem naturae humanae Christi ad alteram naturam; non est
esse aliquid, sed potius esse aliquid non esse.

Tandem impugnamur ex P. Valencia: quia

sinaa humana est aliquo potiori, quam addito subsis
tere per se, illam exaltata, et depressa esset per unionem
ad Verbum: nam per hanc unionem alligaretur
alteri, in quo diceretur existere, cum posset existe
re in se, et per se, quod videtur nobilius. Et explicatur:
quod si accidentia haberent rationem sui, tamquam sibi debitum modum
existendi per se, quem habent in Eucharistia, certe depraemerent,
si postmodum alligarentur subiecto, dependenter a quo exis
terent. Dupliciter potest responderi: 1. n. recurrit aliquis conce
dendo, quod quodam modo depressam physice naturam illam per
actionem, per quam dependenter a Verbo producitur: exal
tatam tamen et etiam exaltatam moraliter, seu in dignita
te, et existimatione morali: ita videt [illegible]
lina 1. p. q. 14. ar. 3. §. Sicut. n. ubi ait, defecerit in incar
natione dominica naturae humanae, si aliunde ea, et illud idem
factum iam quasi in proximis in seipso, ut potius indigens
alieno supposito, a quo longe felicius, ac dignius susten
tetur, quam si in seipsa, in suo proprio subsisteret suppo
sito. et haec patrum auctoritate a nobis, et aptiorem
certe solutionem subministrant: nam licet exis
tere per se nobilius sit ex genere suo, quam existere in alio:
ad hoc ut tamen in tanta potest esse huius alii excellentia, ut
absolute sit melius et nobilius existere in hoc alio, quam
existere in se. hunc notavit, ne quidem minus quam S. Thom.
q. 2. ar. 2. ad 2m. Personalitas, inquit, in tantum per
tinet ad dignitatem alicuius rei, et perfectionem, in quan
tum ad dignitatem alicuius rei, et perfectionem eius per
tinet, quod per se existat, quod in nomine Personae intelligitur.
Dignius autem est alicui, quod existat in aliquo se digniori,
quam quod existat per se: et ideo ex hoc ipso humana natura
dignior est in Christo quam in nobis. tandem advertendo, francto

lutę ab oībus exhibendam: nam 2° oīs militat hoc argum(en)tum, licet substantia sit aliq(uo)d additum naq incarnatis. q.° 2. an sit pōle mysterium Dominicę Incarnat.is Sec. 1. incarnationis nomen exponitur, et raōes dubitandi.

Q.° 2.

An sit pōle mysterium Dominicę Incarnationis?

Sec. 1.

Incarnat.is nomen exponitur, et rationes dubitandi.

Commune ē hęreticis, superioribus maxime temporibus, ut Ecclesię catholicę detrahant, q(uan)do rebus ipsis nō possunt, ~~potius~~ vocibus insultare et vocabula commordere, aut saltem, ut canibus contingit, allatrare, et obgannire, i(dest) in Incarnat.is nōe contingit. q(ui)a q(uo)d ab Ecclesia usurpatum, illis placere nequaquam potuit. Sed ceterum illorum tenentur gravissimi, et catholicissimi P.P. Leo Magnus, Lactantius, Cyprianus, Aug. et Hieronimus apud P.em Suar. in præfatione ~~Disp.~~ 1. tomi in 3.am p. Significat autem Incarnationis nomen apud theologos, et P.P. assumptionem naturę humanę in unitatem suppositi cum Persona D.i. Nec n. inusitatum dicit in frequenti ē in Sacris litteris, ut caro, quę pars ē, pro tota nā humana, aut etiam pro hoīe ipso figurata locut.e usurpetur. Sic n. Genesis 6. dixit: quippe caro corruperat viam suam. et Lucę 3. videbit oīs caro salutare Dei. unde Ioan. 1. cum mysterium hoc enarraret, dixit: Verbum caro factum ē. q(uo)d idem in symbolo Niceno poterimus cum dicimus, et hō factus ē. eadem significationi, et eodem fractionis genere apud Græcos P.P. mys

te

sterium vocatur a Sto Socrate, id est, incarnatio, aliis Enanthropasis, id est, inhumanatio appellata apud Cyrillum et Damascenum, cui etiam vox respondet corporatio, seu incorporatio, quam ovem utitur Hilarius, Isidorus, et Tertullianus.

Nomine incarnationis in presenti signatur, ut Adictum, assumptio naturae humanae in unitatem suppositi seu personae Verbi. Quod tamen assumptio, vel effective, vel formaliter considerari potest, vel pro actione ipsa, qua Deus fit mysterium hoc, vel pro unione ipsa, aut actu formali, qua fit mysterium, in origine ex parte formalis, nec tantum formaliter rerum mysterium abstrahi, ideo etiam distinguendum nobis fuit, et adicendum incarnationis, in hac materia, si pro ipsa actione ipsa, quae a tota Trinitate est, ut suo loco dicemus, vel frequentissime pro ipsis actibus unitur...

Continuationis illius tamen alius sit terminus formalis, seu partialis, aliquis est terminus totalis, aliquis formalis, seu partialis terminus aliquis etiam terminus totalis signatur. Terminus formalis seu partialis aliquis modalis, et aliquis absolutus: terminus partialis modalis est ipsa unio hypostatica, quae intercedit inter naturam humanam, et personam Verbi. Terminus partialis absolutus est ipsa natura humana, seu humanitas, quae producitur, et unitur Verbo; et Verbum etiam ipsum, quod est terminus unionis. Tandem terminus totalis erit ipsum suppositum, seu persona Christi Dei, qui ex natura Dei, et humana in unitatem suppositi copulatam emergit, dicitur Deus homo, seu Christus Jesus. His suppositis, pro catholicae fidei fundatione, inquirimus an mysterium hoc sit possibile. Seu an fuit possibile, Deum humanitatem unire in unitatem suppositi?

Et quidem fide catholica tenendum est, mysterium

terium hoc esse possibile, seu non repugnare deum fieri hominem per assumptionem naturae humanae in unitatem suppositi, constat hoc 1.o quia de fide est iam esse factum mysterium hoc, ut 2.a disp. q. 1. diximus: ex eo autem quod factum est, aperte sequitur non repugnare: nam hic dicitur sup[er] theologica[m] : idque factum est possibile: sed Verbum caro factum est: ergo Verbum caro possibile est: in quo manet ita aliter evidens, et 2.o de fide. Constat hoc 3.o ex eo quod Deus id mysterium aliquando futurum revellaverit; unde ex ipso dicto Dei qui falli non potest nec fallere, id mysterium, et futurum et possibile concluditur: nam quod futurum est possibile est: sed Deus aliquando dixit hoc mysterium aliquando futurum: ergo etc. Quia tamen, quae in principijs fidei nituntur, et verissima sunt, aliquando videntur obstrupere, quae theologos in rei istam morari, ut ijs amotis ad ea, quae sequentur sine ullo offendiculo currant. Ergo ponendae nobis et expediendae sunt rationes aliquae, quae mysterij huius possibilitatem ab ethnicis possunt obtrudi, et a theis dent doctrinam examinari. quibus id non standum est, sed satis nobis est, quod solutiones probabiles adhibeamus, ne triumphare sibi videantur ethnici, et acatholici: nam in re tanta satis fuisse videbimus si illorum impugnationes non adeo evidenter, ut ipsis apparebant, fecerimus, ut cuilibet theo facillime eorum vires probabili solutione enervare. Unde etiam inferetur mysterium hoc non esse evidenter impossibile. Siquidem probabilis solutio datur rationibus, quae possent illius impossibilitatem, aut repugnantiam aliquo modo suadere.

Praecipua ergo difficultas, et ratio, quae hic se offert,

desumitur ab immutabilitate, et infinitate perfect. Dei: quod si possibile esset mysterium incarnationis possibile esset Deum mutari: sed implicat Deum mutari: ergo non est possibile mysterium Incarnationis. Maior probatur: quod si possibile esset hoc mysterium, possibile esset Deum in tempore uniri realiter, et physice naturae humanae: sed si possibile esset Deum in tempore uniri realiter et physice naturae humanae possibile esset Deum per talem unionem mutari: ergo etiam. Probatur minor quia uniri Deum in tempore realiter et physice naturae humanae, est aliter se habere realiter et physice: sed aliter se habere realiter, et physice est mutari: ergo et uniri realiter, et physice Deum, est Deum mutari. Confirmatur: quod si possibile foret mysterium Incarnationis, debuisset et factum esse ab aeterno; sed non debuit esse factum ab aeterno: ergo non est possibile mysterium incarnationis. Probatur maior: quia non potest Deus in tempore aliquid incumbere, quod non habuerit ab aeterno. ideo non in tempore non potest denuo cognoscere aut amare, quod haec sunt aliquid intrinsecum Deo, quod illi potest advenire in tempore. Confirmatur: si Deus unitur naturae humanae, ergo convertitur in hominem, vel homo convertitur in Deum: utrumque implicat: ergo implicat quod Deus uniatur naturae humanae: maior probatur: quod Deus fieret homo, aut homo fieret Deus non per identitatem naturae, ut patet: ergo per talem conversionem: et urgetur: quod in nominis impossibile est quod Deus sit homo aequus: sed homo equus est impossibile, ut etc. Logici et Aristoteles: ergo et homo Deus est impossibile.

Secunda ratio dubitandi: quod si possibile esset mysterium incarnationis, id fieret, media unione increata realiter distincta ab utroque extremo: sed hoc admitti haec implicat: ergo et mysterium implicat. maior patebit

Verbum uniri realiter immutabiliter sed intra et absolute immutabiliter sui complemento in denominatione et relatione similis; et indeterminate cognitis autem istis quae postsunt adveniunt rebus sine earum mutatione quia illis adveniunt per frai extrai. Ita videtur docere S. Thom. in 3° dist. 1. ar. 1. q. 1. ad 1.um et 3 p. q. 16. ar. 1. ad 4.um et ar. 6. ad 2.um Sanctus Bonaven. in 3° dist. 1. ar. 1. q. 1. ad 3. Sequitur Faber in 3.um disp. 1. num. 24. et aliquo modo etiam P. Vaz. disp. 69. cap. 4. num. 18. P. Alluenting tom. 2. in suo tractatu de praedicato subsistentiae num. 9. P. Ragusa hic articulo 1. ubi appellat hanc unionem tractionem ad Verbum relationem realem. Et Perez loco disp. 19. §. 4. qui docet uniri humanitatem intra Verbo, in Verbum humanitati. P. Lessius de perfectionibus D. lib. 12. cap. 6. num. 92. quibus expresse favet P. Suarez disp. 8. sec. 4. dicens hanc denominationem esse contra appellandam denominationem intrinsecam, licet mediate sit intrinsecam et extrinsecam. quae denominatio media magis Patri Aldrete arridet. de incarnatione disp. 31. sec. 6. num. 3.

Huic dicendi modo affines sunt illi Patres qui apud eundem Aldrete docent, difficultatem hanc evacuandam, si dicatur, ad mysterium incarnationis concedendas esse duas uniones, aliam creatam se tenentem ex parte humanitatis, et aliam increatam se tenentem ex parte Verbi. per unionem creatam dicunt uniri humanitatem intrinsece, et Verbum extrinsece. per unionem vero increatam se tenentem ex parte Verbi dicunt uniri Verbum intrinsece, et humanitatem extrinsece. illam dicunt entitatem modalem per quam mutatur, et perficitur humanitas intrinsece, et per

q nulla aliqua mutatur, aut perficitur in Deo Verbum, quod non intra, neque extra Verbum est: cum autem per illam non mutet, dum intrinsece Verbum, sequitur, nullam esse mutari: nam per unionem in increatam, non distinctam ab ipso esse Dei, certum est, Deum non mutandum. Conveniunt modus iste dicendi cum illo altero priori in eo, quod dicat, unionem humanitatis ad Verbum esse intram humanitatis et extram Verbo, et quia deo per illam uniri intrinsece humanitatis, et extrinsece Verbum. differunt autem ma ab alio dicendi modo 1º in eo, quod ad unum totum constituendum per unionem requirat duas uniones: quod tangit primum philosophicum. differt 2º in eo, quod unionem illam se tenentem ex parte Verbi dicat increatam, et tradi citer indistinctam a Verbo. in quo tangitur primum theologicum: de utroque falso quod ipsa dicemus q. 4. cum inquiramus, an, et qualis unio requiratur ad mysterium Incarnationis.

Quo quaest. dicunt hi et illi A A. unionem hypostaticam non esse omnino intram Verbo, et Verbum ratione illius unionis, quae se tenet ex parte humanitatis, non uniri intrinsece, licet aliquibus quod de ratione videatur, impugnat tamen P. Hur. disp. 1. de Incarnat. sec. 1. et disp. 22. sec. 4. quoniam si unio esset extra Verbo, Christus non foret enim per accidens, et non enim per se. ens autem per accidens non est absolutum unum, sed plura: unde re labendum in errorem, seu errorem Nestorii ita adstruentis mysterium Incarnationis, ut esse deberet non unam Personam sed duas. 2º quod Verbum constituit hominem cum humanitate: sed homo est unum per se: ergo Verbum cum humanitate constituit unum per se. sed unum per se constitui non potest per unionem extram: ergo etc. Ita

quare haec impugnatio procedit, nec q. n. probat hoc
ultimum, an; sed potius supponit illius necessitatem:
Cum tamen tota difficultas in eo consistat: posset n.
ab adversariis reponi, satis esse ad unum per se, q. unio
intra sit uni extremo. Et sane neutra est sufficiens
impugnatio eorum, qui duas dederunt uniones:
nam hi ex parte utriusque extremi aliquid intrinsecum po-
nunt, ut resultet unum per se, et non per accidens. Et ali-
orum, qui unicam unionem admittunt, quam intrin-
dicunt humanitati, et extrinsecam Verbo, probant
dumtaxat, non sufficere ad unum per se, quod unio
sit intra unitam tantum extremo ex duobus unitis;
saltem non probat esse intrinsecam uni, et extrinsecam alteri.

Impugnat 3° idem Author: quia unio
extrinseca est absolute divisum: quod est absolute non
unitum. Sed personalitas Verbi non est absolute divi-
sa, sed potius unita: quia non est extrinsece unita, sed potius intrin-
sece humanitati. Prob.: quia actio creatura a Deo est divisa a Deo,
quo extrinsece illi est. Similiter visio beata, et amor, quo
Deum prosequimur, non uniti sunt Deo, sed divisi: quia ex-
trinseci sunt illi. Et confirmatur: quia ideo Nestorius
constituebat in Christo D. duas Personas, quia unionem tantum
extrinsecam, et affectivam admittebat. Nec damna-
tur a Conciliis et P.P. quia sic posuerit unionem extrinsecam et
affectivam, duas diceret esse Personas, sed quia unionem
extrinsecam, et affectivam admittebat, ex qua non unum
per se, nec una persona, sed duae et unum per accidens
efficiebatur. Haec etiam impugnatio non convincit: nam
Auth. illi, qui unionem hypostaticam dicunt extrinsecam
Verbo, admittunt contra Nestorium, Verbum esse realiter,
et vere unitum, sicut extra. Unde apud illos non est idem

aliquod unitum extrinsece ei absolute unitum, quod di
uinum, et posterearum, quae diuisa dicantur, principi
sei debebunt, quod extrema afficiantur ab alio extremo, quod
nulla uera unio intercedat qualis intercedit in
ter Verbum, et humanitatem. Nestorius autem
qui unionem affectiuam docebat, absolute
trahabat ueram, et realem unionem; et hac de causa
erroris condemnabatur; nam in uera, et reali uni
one una persona, quae duae erant in Christo.

His itaque impugnationibus praetermissis, id
inprimis supponimus contra eos, qui duas illas uniones ad
mittebant, unam ex parte Verbi, et aliam ex parte huma
nitatis, ut hac ratione praecipuam difficultatem elude
rent. id inquam inprimis supponimus ex philosophia inuti
lem esse, et superfluam alteram unionem ad unum
constituendum ex duobus extremis, quando una ad illum effec
tum praestandum, et constituendum sufficiens
est. nam eo ipso, quod unio nectat unum extremum al
teri, neque uis illius unionis hoc est alterum unitum, quin
etiam illud alterum sit unitum isti: an autem
alio ex capite duae uniones in aliquo casu requiran
tur, q. 4. breuiter saltem dicemus. Praeterea in ipsa
unione, quae se tenet ex parte humanitatis, manet
adhuc difficultas, ut et P. Suarez aduertit hic disp. 1. sec
1. subsec. 2. §. 20. et hinc impugnatur Scotus
ille dicendi modus, qui adstruebat unionem, quae uniret
in recto humanitatem, et in obliquo Verbum. quaeritur quidem
uel impossibile, uel si possibile sit, talis non erit, ut non satis sit ad
unionem hypostaticam. Et sane si id possibile sit
quatenus possibile actum amoris esse in recto humanitati, et ex
terium obiecto amato, id non satis erit ad unionem hy

postaticam: nam ad unionem hypostaticam non requiritur distantia inter utrumque extremum humanitatis, et Verbo fiat aliquid unum, adhoc autem necessarium est aliquid, quo realiter et uniantur. Unde fit, quod sit impossibile aliquid, in cuius aliqua duo extrema sint, et realiter uniantur ad unum constituendum, et non continuationem, si tamen illud non respiciat quae inter illa duo extrema. Itaque idem ex ipsa unione tria extrema dantur, non per unionem hypostaticam non est intra utrumque extremum. Pro quo explando evolvenda adhuc est ipsa unionis essentia.

Itaque unio, licet in toto unica sit, ad unienda duo extrema, non aliter nectit extrema, nisi respiciendo utrumque; ita videlicet ut pertaticum cum utroque extremo. Quod tamen unio non potest esse cum utroque extremo, nisi unum extremum cum altero sit, ideo realiter facit unum cum altero esse inseparabiliter, non destructa unione. Est autem discrimen quod unio continuationis solum petit, duo extrema esse sibi proxima; unio autem informationis, et hypostatica petit, extrema esse sibi intima, seu intra unionem. Hoc est petit, quod utrumque sit in ipso unionis loco. Et haec ratio facit quod utrumque sit in loco alterius. Hinc fit, ut unio continuationis non possit esse extra unum extremum, et intra alterum, siquidem licet duo extrema immediate propinqua sint, et unio sit in uno extremo perfecte, quod alterum immediate subsequatur. Si vero fit non nulli cum P. Henao in empyreologia docebant unio continuationis sit in spatio intermedio, utrique extremo existente extra, licet sit unio realis. Nec mirum: nam unio illa non est, ut unum extremum sit intra alterum. Secus tamen se habet unio hypostatica

tica, et in spirationi, in quarum unum extremum ita est intimum alteri, ut repositum, unum non est intra aliud. Unde sequitur, unionem hanc esse intimam, et intra utrique extremo. Arguo sic in arguendi forma apta dicitur: unio omnis hypostatica, ita unum extremum alligat alteri, ut quod sibi est intra alterum sit: sed hoc esse non potest, nisi recipiat utrumque intra: quod utrumque intra recipit. Probatur minor: nam unio non alia ratione facit, quam unum extremum intra alterum sit per in quantum est essentialiter petit, quod utrumque sit in ipso unionis loco: et hoc est recipere utrumque extremum intra: quod etiam hanc doctrinam, et ratione habet Pater Vernal disp. 11. sect. 3. num. 19. verbis infra referendis. sect. 3. aliorum solutio proponitur, et expenditur.

Sect. 3.

Aliorum solutio proponitur, et expenditur.

Inter doctores, qui unionem hypostaticam, quae intram dicunt utrique extremo, et tam humanitati quam Verbum unire intra, aliqui incedit, ut praecipuam huius rei difficultatem eludant. Alteri humanitati mutandum per unionem hypostaticam, licet sibi intram defendant: asserunt quod unionem, licet intram utrique extremo, non eodem modo se habere ad utrumque quod recipere humanitatem, ut subiectum Verbum tamen in utrumque terminum. Sensus est, unionem recipi in sola humanitate, et non in Verbo, quod recipitur per illa ut haec in terminis unionis. Hinc autem inferunt humanitatem mutari, et non mutari Verbum intra, quod sola subiectum mutatur, id autem quod non est subiectum, sed terminum, mutari non potest intra per hoc scilicet, quod sit terminus. Et ratio (inquiunt) est, quod ad mutationem necesse est, quod id, quod mutari dicitur, recipiat in

sealiq quam antea intreat: si raxium est quod recipiat aliquid: ipso quod sit subiectum ad illud, quod in purgatum nihil insedit aliquid quam antea habebat: quare per hoc mutabitur? et ipsa ratio: quia agens per se ut agens non mutatur, neque movetur, sed non movetur mobile, seu subiectum: inde fit agens mutandum in intrinseco per actionem, debet esse subiectum illius: sed non mutatur quatenus agens, sed quatenus est subiectum: sed id, quod non est subiectum, non mutabitur.

Huic affinis est dicendi modus alter, qui docet Verbum non mutari per unionem hypostaticam: quia non perficitur per illam. Dixi hunc dicendi modum esse affinem: quia sunt qui rem subiecti constituant in eo extremo, quod per alterum extremum perficitur. Unde quia Verbum non perficiatur per unionem ad humanitatem, non erit subiectum, nec mutabitur per unionem. Ita P. Hur. dis. 22. diff. 34. et sequentibus. P. Vaz. de Inc. dis. 11. sec. 7. non quiescit in his dicendi modis, et ideo alium paulo diversum secutus est. Asserit quod Verbum divinum non mutari per unionem ad humanitatem: quia non recipit neque ipsam humanitatem, neque unionem, humanitatem autem mutari, quia unionem recipit: quare autem humanitas, et non Verbum recipiat unionem, docet, causam esse quia hoc, quod est recipere dicit incompletionem: nihil enim recipitur, nisi in aliquam alterius vacuitate, aut incompleti: cum autem Verbum D. omnino completum sit, humanitas vero incompleta, ut ipse ait, ideo humanitas recipit, et non recipit Verbum. hinc infert, posse duo extrema uniri si unum saltem illorum sit incompletum: unde natura humana omnino integra et completa et sine ulla sui incompletione, aut vacuitate, non posset Verbo uniri;

qui potest recipere unionem, cum in complectionem non haberet, neque vacuitatem, in qua illam reciperet.

Multa sunt utrique sententiae impugnationes, quae

si vacat oci examinare, quotquot in MM. circumferuntur, ad eas ponemus, quae vel ex eodem principio, vel etiam ex nostris ducuntur. Inprimis qui impugnatur modus ille dicendi, qui sic ut ille docet, Verbum non mutari; quia non est subiectum neque receptionis, neque sustentationis. impugnatur inquam, a priori: quia mutari non est recipere aliquid: quia mutari non est esse subiectum. Et iam: quia mutari non est aliquid fieri denuo, quia aliter se habere denuo. Unde si quis impossibile aliquid se haberet aliter per suammet entitatem, sine ullo re aliter sine addito, certe mutaretur. Quia tamen implicat, mutari sine aliquo re aliter sine addito, ideo absolute implicat, quod realiter se habeat per suammet entitatem, quae ante non erat. Confirmatur: quia in Deo implicat, quod Deus in tempore incipiat velle, etiam per suammet entitatem, quia implicat quod aliter intra se habeat Deus in tempore; implicat autem quod Deus aliter intra se habeat in tempore, quia implicat quod mutetur immutabilis; mutaretur autem si aliter intra se haberet in tempore. hinc deducitur, rationem mutationis non desumendam ex eo quod ante, quod res denuo sit vel non sit subiectum rei alicuius; nam sive sit, sive non sit subiectum, sive recipiat, sive non recipiat, mutabitur, quoties aliter ex parte sua se habeat intrinsece.

Confirmatur 2.° quia omnis receptio est mutatio intrinseca: sed non omnis mutatio est mutatio intrinseca subiecti: ergo non omnis mutatio est receptio. Consequentia legitima est in Baroco 2.ae figurae syllogismo. Maior supponitur, et minor probatur: quia si forma in instanti A existat extra subiectum, et in instanti B recipiatur in subiecto,

dabitur haec duplex mutatio, alia mutatio intrinseca,
et alia intrinseca mutatio fit: prima intrinseca mutatio fit non re
ceptio, sed informatio, 2a quod se tenet ex parte formae quae incipit
informare: secunda non est mutatio, sed receptio. Dices: motus,
seu mutatio est actus entis in potentia, secundum quod est in potentia;
sed forma totius entis in potentia exit per illam mutationem: sed forma ut forma
non est ens in potentia, potius vero est ens in actu, cum sit ipse
actus: ergo per se non est per illam mutationem. Probatur minorem: quia ens
in potentia vel est ens in potentia activa, vel ens in potentia passiva: sed
forma ut forma neque est ens in potentia activa, neque est ens in potentia
passiva: ergo forma ut forma non est ens in potentia: ergo fit, ut fit,
nullus est motus, neque mutatio. Sed quivis non videt reducendum
ci ad quaestionem devocare id quod dixi magni momenti. Et illa
difficultatio omnium gravissima, et humano in
genio fere insuperabili, ut illam appellat Suarez.
Scimus equidem Verbum Dei non esse subiectum, nec aliquid de
nuo in se recipere, attamen dubitamus quamad
hunc non mutetur per unionem ad humanitatem. Etiam
nec id minuitur ex ipsis his certitudinem de Verbo, s. non minus
mutari, aut aliter se habere subiectum quod recipit formam,
quam mutaretur forma, si inciperet informare subiectum, quod antea
forma existens non informabat.

Sit 4um quod desumitur ex Aristotelica de
finitione motus, seu mutationis physicae eadem ratione reperitur,
quatenus naturaliter est impossibile, quod forma transeat physico
suo motu animam informando ad informandum subiectum;
quia videlicet forma nunc existens supponitur extra
omne subiectum, ut dici possit ens in potentia ad illud informan
dum. Sed certe cum anima rationalis post mortem hominis extra
subiectum sit, et moraliter debeat ad corpus
informandum, ignoro quare non etiam, sicut de potentia passiva

loquimur, potius loqui de forma informativa. Similiter licet forma corporis forte non transeat nisi partialiter a subiecto in subiectum, adhuc tamen anima rationalis eadem omnino transit a subiecto in subiectum, saltem in adaequatum, quia in morte hominis aliquae materiae partes deperduntur, et aliae in nutritione accrescunt. Sicut ergo subiectum dicitur mutari, quia transit a forma ad formam, quia taliter induit se habet, quare etiam non dicetur mutari forma, quia transit de subiecto in subiectum? Nam sicut subiectum est in potentia passiva formae, ita forma est in potentia informativa subiecti. Ergo si in utroque hoc fiat, quare denique mutari dicetur forma sicut dicitur mutari subiectum. Dices tamen iterum, mutari formam, non ut formam, sed ut subiectum, hoc est, mutari formam recipiendo unionem ad subiectum. Sed contra: nam multi adhuc sunt, qui unionem in solo subiecto formae recipiendam dicant, immo explicent discrimen inter subiectum et formam per hoc, quod subiectum unionem recipiat, forma non recipit. Et quidem, quod unio vel in utroque extremo, vel in altero extremo recipienda sit, idem habet ex fraternitate modo conceptu unionis: nam etiam si in nullo extremorum reciperetur, quae bene posset uniri rursum etc., ut optime ... ... Ad de ... dist. 31. de Incarnatione et notetiam alii quando alibi.

Modus ille dicendi Patris Hugo peccat etiam ex parte, et impingit in quaestione denique: quoniam vocibus illis completi, et incompleti, vacuitatis, et plenitudinis, cum metaphoricae illa acceptionis, utitur ad rem pro arbitrio solvendam, et difficultatem sive vacuitate, sive plenitudine sua non omnino evacuandam. Nam sive Verbum Divinum recipiat, sive non recipiat unionem, sive completum sit, sive incompletum,

insurgit præcipua difficultas, an scilicet aliter se habeat in ordine
ad ... in hac unitiva humanitatis manifestum: hoc est, an in ... se habeat
simo ex modo dicendi ejusdem eminentissimi Card. Sequitur
deinde, Verbum D. recipere unionem: quod si recipit unionem,
quod aliquo modo incompletum est, Verbum D. dici aliquo modo
incompletum potest, non quidem absolute et in ratione esse, sed in
esse illius, quod substitit cum natura humana: nam ad hoc
substituendum, et complendum indiget unione ad hu-
manam naturam: sicut et natura humana completa est in ratione naturæ,
et aliquo modo incompleta in ordine ad personam sub-
sistendam cum Verbo D. Id, quod in alio dicendi modo asseve-
rabatur, scilicet Verbum non mutari per unionem, quia non perficitur
per illam, non omnino satis facit: nam ad mutationem non requi-
ritur perfici, quod res melius, aut deterius se habeat. Satis enim
est, quod se aliter habeat, licet neque melius, neque deterius. Pro
ne enim nos loqui decet aliqua, quæ æque bene se habeat cum
frigore, et cum calore; si hæc entitas transeat a calore
in frigus, certe mutabitur, quia aliter se habet ac antea
ea se habebat: sic enim Sol mutatur seu movetur ab
uno in alterum emisphærium, licet non melius se habeat
in uno, quam in altero: quia licet vera aliqua ne perficiatur,
neque deterioretur, mutabitur si aliter se habeat: quare simi-
liter mutabitur Verbum D. per unionem, licet per illam
non perficiatur. Sec. 4. ex S. Aug. et S. Thoma aliqua
pro responsione permittimus.

Sect. 4.

Ex santo Augustino et S. Thoma aliqua pro responsione permittimus

Adeo implexa et recondita ut P. Suarez disp. 8.
Sec. 4. dixerit, eam esse unam ex difficillimis in tota Theo-
logia. Quam propterea inexplicatam ipse reliquit, sicut
et alii plurimi eam attigere. Audendum quod aliquid nobis
e rei

exit inmutanda. Pro cuius explat.ne ex dictis supponimus, primo, unionem hypostaticam, etiam si uatis dictam a D. Verbo fuisse intrinsecam. Ita ut si tota humanitas ex se sua; et etiam Verbum dicatur intrinsece unitum, et quin de de nouo unionis hypostaticae non recipiat humanitati; et etiam Verbo D. cuius se extradicendae, nec media inter intrinsecam et extrinsecam. Constant haec ex dictis sec. 2. Praeterea ut certum supponimus in re ista, Verbum D. non mutari intrinsece, licet terminus sit intrinsecae unionis hypostaticae: in quem sensum S. Aug. interpretatur Pluim ad Filippenses. 6. ad illa uerba, et habitu inuentus ut homo, ubi per nomen habitus, sicuti per similem mysterium Incarnationis exposuisse uidetur, ut nullam mutationem in Verbo factam ex incarnatione declararet. Audi S. Aug. lib. 83. q. q. 73. quamquam illa susceptio ineffabili ter susceptum suscipienti copulauerit; quoniam uerba humana rebus ineffabilibus coaptari possunt, ne mutatus intelligatur D. humanae fragilitatis assumptione, locutus est, ut graece schema, et latine diceret habitus illa susceptio. quo nomine oportet intelligi non mutatum esse Verbum susceptione hominis, nec sicut neque membra induta ueste mutantur.

Haec Aug. uerba et explicatio ideo praecipue memorata sunt, ut non mirentur auditores nostri, quod ad mysterium incarnationis explandum, maxime quo ad hoc quod est Verbum non esse mutatum per unionem, theologi utantur explicatione extrinsecas, quales sunt denominatio cogniti, et uisi, in quibus obiectum denominatur cognitum, et denominatur uisum sine ulla sui mutatione. non, inquam, hoc mirandum est, cum uideamus Augustinum ex Paulo id ipsum explicasse per denominationem uestiti, aut induti. quod quidem non ita factum est,

ut intelligeremus, ita ei extraneam Verbo humanitatem sicut uestis extra est corpori, cum quo nullam habet unionem intraneam. Nam si id ita esset, non diceretur illa humanitatis susceptio ineffabilis, ut dicitur ab Aug. Sed quod id factum est, ut nobis signaretur, nullatenus fuisse Verbum mutatum per incarnationem, quod tamen nullum est in rebus naturalibus exemplum, quod cum unione intrinseca relinquat non mutatum extrinsecum, ideo ad exemplum, et uoces, quae remouent cum quibus nobis explicent, recurrendum fuit. Sicut non ita comparent res, quae explare intendebamus: quoniam uerba humana (ut dicebat Aug.) rebus ineffabilibus coaptari non possunt: sicut quod S. Aug. Paulum, ita ceteri DD. nos interpretamur, qui ad mysterium hoc explandum, utuntur explis extra denotis, ne mutatio intelligatur Dei humanae fragilitatis assumptione.

Non abs re erit, doctrinam hanc, et ansam supra ex S. Thoma desumam, qui uariis in locis explat, quod ratione Verbum Dei sine ulla sui mutatione sit unitum humanitati: ita q. 3. p. q. 2. ar. 6. cum sibi obiecisset illa Pauli uerba ad Philippenses habitu inuentus ut homo, ex quibus uidebatur inferri, naturaliter fuisse unitam Verbo naturam humanam, per modum, quo habet se uestis ueniens corpori. Ita respondet ad 1um non necesse est, omnia similia, et in defectu assimilari exemplata: et, maxime in Diuinis, impossibile est simile exemplum inueniri in nobis. Humana natura in Xpo assimilatur habitui, id est uestimento, quod fumatur, quia uestimentum mutatur; quoniam scilicet formatur secundum figuram eius, qui induit ipsum, qui a sua forma non mutatur propter uestimentum. Et similiter humana natura assumpta a Verbo Dei est meliorata, ipsum au-

Sen Verbum dei n. e mutatum. Iterumque etiam 2. ar. 7. corp. exponens, quare unio hypostatica sit in Deo, et supponens etiam, unionem hypostaticam ejusmodi relationem, aut relationem quandam inter Deum et naturam humanam, addit: Sicut autem in 1. p. dictum est, omnis relatio, quae consideratur inter Deum et creaturam, realiter quidem est in creatura, per cujus mutationem talis relatio innascitur, non autem est realiter in Deo, sed secundum rationem tantum, quia non innascitur secundum mutationem Dei: sicque dicendum, quod haec unio, de qua loquimur, non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantum: in humana autem natura, quae creatura quaedam est, realiter.

Explicans autem S. Thomas, quo modo secundum rationem tantum dicatur haec unio esse in Deo, haec addit in responsione ad 1.um Dicendum quod haec unio non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantum. dicitur non. Deo unitur creatura ex hoc, quod creatura est realiter unita Deo, absque ejus mutatione. Ecce quo modo totam mutationem ponit ex parte creaturae, at ex parte Dei solam relationem unitionis, quae dicitur de Deo, quia terminus unionis, quae solet ex parte creaturae: ei autem in Deo unionem non realiter, sed secundum rationem tantum intelligendum est quoad modum essendi in Deo secundum quod dicit aliqualem inhaerentiam, aut receptionem in Deo, quae realiter non datur, sed solo in modo loquendi: idemque est unionem esse realiter in creatura, et secundum rationem in Deo. Xo S. Thomam atque dicit et praedicari de Deo, quod unitus sit creaturae, solo et per id esse per hoc, quod creatura est realiter unita Deo, absque ejus mutatione. Deinde q. 16. ar. 6. ad 2.um exponens, quare dicatur Deus factus esse homo, sine mutatione Dei, ita fatetur: fieri importat, quod aliquid praedicetur de novo de altero: unde quum quod aliquid de novo praedicatur

de albo cum mutatione eius, de quo dicitur fieri et mu-
tari. Et hoc contingit in omnibus, quae absolute dicuntur.
intellige per absolute dicuntur, quae dicuntur non relative,
sed quantum ad formam suam absolutam. exemplum apponit in al-
bedine, et nigredine de novo advenientibus cum sub-
iecti mutatione, quod dicitur fieri album, aut nigrum. Et aliter
sunt sequenti casu, quae relative dicuntur, possunt de
novo praedicari de aliquo absque eius mutatione. sicut homo
de novo fit dexter absque sui mutatione per motum eius,
qui fit ei sinister. Unde in talibus non oportet, omne quod dicitur fi-
eri esse mutatum. Quia hoc potest accidere per mutationem alterius.
Esse autem hominem convenit Deo ratione unionis, quae est relatio
quaedam, et ideo esse hominem praedicatur de novo de Deo absque
eius mutatione, per mutationem humanae naturae, quae assumitur
in divinam personam.

Multa hic nos docet S. Thomas. Attamen ego solum,
ut illud advertam, quomodo ad explandum incar-
nationis mysterium, in quo Deus factus est homo sine ulla sui mu-
tatione, utitur angelicus praeceptor doctrina relationum;
nam praedicata relativa, qualis est unitum resultantia in
altero extremo etiam si non sit facta mutatio in illo,
sed in alio; quod probat exemplo dextri et sinistri. nam
per solum motum, seu mutationem illius, qui erat mihi dex-
ter, et qui erat ego sinister, fio illi dexter, et ipse
fit mihi sinister, sine ulla mei mutatione, seu motione
me facto: nam haec relatio, seu praedicatum relativum
sinistri resultat in me ad solam alterius mutationem et
ipse tamen [?] haec est in me relatio rationis resultans a dextri [?]
sui mutatione reali. quo ad hoc quod optimum est exemplum
ad probandum, posse cum veritate dici quod Deus factus
est homo, et unitus de novo naturae humanae, sine ulla sui ipsius

mutatio: nam fieri denuo aliquid, ut fit per denominationem extrinsecam, non importat mutationem, ut ipse Pater Suarez dixit, quod denuo habere dicatur illam denominationem quo ad aliam non oportet ex plurium in nobis esse similes, ut hic advertit Pater Suarez in hujus articuli Commentario. Ex his pla... ne stat, nullam rationem concedendam esse in Deo realem mutationem ex incarnationis mysterio, quomodocumque explicetur aut intelligatur mutatio realis. Et licet Pater Suarez disp. 1. sec. 1. subsect. 2. et aliqui alii tribuant Patri Valentia, quod in aliquo sensu dixerit concedi Deo posse in hoc mysterio mutationem aliquam; id certe non asseruit gravissimus Doctor namque tom. 4 disp. 1. q. 1. pun. 2. ubi id dixisse fertur, sic quod si aliquis, haec sane verba habet: quis neque ulla alia ratione potest sine irreverentia, et temeritate nomen mutationis ad Personam Dei accommodari.

Itaque ut ad S. Thomam regrediamur, ut dicetur hic Doctor Angelicus concedere unionem hypostaticam se tenere ad Verbum Dei per esse ut terminum relationis; quod videlicet munus illius est afficere humanitatem in ordine ad Verbum, seu constituere formaliter humanitatem se tenentem aliquo modo realiter ad Verbum; siquidem per ipsius expressionem, ut se habet cognoscens ad objectum cognitum, vel dextrum ad sinistrum; sic in itaque ut dicebamus: sicut relatio cognoscentis et cogniti ponit aliquid ex parte cognoscentis, quod per relationem dicitur ad objectum cognitum, dari in cognoscente non potest sine eo, quod in objecto resultet denominatio cogniti, quae quasi passiva illi correspondet; ita ex parte humanitatis dari non potest unio per quam dicatur unita Verbo, quin in Verbo resultet denominatio alia uniti cum humanitate, et hoc intellexit D. Thomas, cum dixit

dr Verbum unitum carni ex hoc, quod caro est realiter unita Verbo: hic autem terminus substantiae est denominatio in Verbo, dicitur per rationem. non quod sit Verbum realiter unitum: sed quod esse realiter unitum humanitati explicatur a nobis, concipitur quasi, ac si Verbum realiter in se haberet aliquid, quod antea non habebat, cum tamen nihil in se realiter habeat, per quod dicatur aliter se habere realiter: et in hunc sensum capiendus est S. Thomas, ubi dixit: hec unio de qua loquimur, non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantum: quia videlicet eadem ratione dicitur Verbum habere unionem ad humanitatem, sicut humanitas dicitur habere unionem ad Verbum. hanc tamen unionem diverso modo intelligendum esse dici de humanitate, ac de Verbo: nam de Verbo dicitur per se, quod tunc est terminus talis unionis sine ulla sui mutatione; quod non ita esse intelligendum est de humanitate, quae mutationi subiecta est. Sec. 5. doctrina nostra ex proxime dictis eruitur.

Sect. 5.

Doctrina nostra ex proxime dictis eruitur.

Ex doctrina S. Thomae, et Scholasticorum explicationibus desumpta ex S. Aug. dicendum nobis est, ita Verbum D. esse purum terminum unionis, ut nulla ratione dicatur, aut dici possit realiter in se mutatum. Et licet hoc omnes aut fere omnes teneant, et explicare vellent, in huius tamen rei explicatione allaborandum nobis fuit aliquantulo plus; nam in aliorum dictis non plene acquiescimus. Itaque ut diximus Sec. 2. §. 6. unio realiter nectit extrema, nisi quatenus saltem realiter petit esse cum altero extremo: ita ut si destruenda sit unio, vel esse debeat cum altero extremo. Et hinc est apud nos, quod ad motum unius extremi non nisi unio moveatur. non enim potest manere, et per eam terminus in aliquo loco, et quod ibi non maneat alterum extremum. Nota quod unionis natura est in ordine ad eundem locum, in quo

et ipsa unio cum extremis, et extremorum ipsa ab ipsis in se accidens, ita tamen, ut non sit in ordine ad unum aliquem locum determinatum (nam hoc solius ubicationis est proprium) sed in ordine ad quemlibet locum, in quem illi libet extremum moveri. hic enim conceptus unionis nec explicanda: nam per unionem intelligimus nexum quendam, et vinculum duorum, quo aliqua duo realiter inter se copulantur, et uniuntur, quae antea non copulata, et unita dicentur illa, quae dispersa, et in locis diversis esse intelligantur.

Celeberrimus est iste conceptus unionis explanandae maxime apud authores nostri temporis, qui plurimi de his in rebus istis examinandis laborarunt. Verbo aliquos, ne sine eorum authoritate haec dixisse videamur. Pater Sfuar. de incarnat. disp. 22. sec. 4. subsec. 1. § 24. ut explicet naturam unionis hypostaticae, ipsa nec immensitas, inquit, sola facit praesentiam Dei, sed etiam aliquis particularis, qui hunc effectum formalem redderet, tamen etsi Verbum non esset immensum; quod supponere est in distantiam: quod est conceptum unionis extrinsecum, quae est res independens a coexistentia in loco. ut unitis non est in eodem loco, ut visitio, nec cognitio cum obiecto. Multa alia quae habet disp. 21. sec. 2. subsec. 1. § 41. et 42. ut probet esse intimam unionem hypostaticam, tam ex parte Verbi, quam ex parte humanitatis. Pater Alderete disp. 31. sec. 6. num. 1. testatur etiam hanc doctrinam ad explanandam naturam unionis per ordinem ad eundem locum cum extremis occupandum. Semper tamen forma accidentali, quam subiecta sunt subiecto, potest miraculo separari ab hoc subiecto in duplici loco adaequato, ibi deest existere animam unitam, accidens unitum tali subiecto, et etc. et num. 2. Verbum Dei non ita dicitur

sit cum humanitate ex vi unionis, sicut humanitas dicitur unita cum Verbo: quod licet verum sit, quod nimirum ubicumque est Verbum, esse debet humanitas, aliter tamen explicatur ab hoc Doctore: scilicet quod nimirum ubicumque est, sit humanitas, debet ratione unionis esse Verbum: nam existente, inquit, humanitate unita Verbo, in duplici loco adaequato, non debet in novo titulo per concomitantiam esse Verbum Dei in loco humanitatis. Et certe hoc argumento de hac difficultate nunc agatur, quod in praesenti ... adducitur, ut videamus quomodo hic doctor naturam unionis explanet per alligationem extremorum in ordine ad idem spatium.

Primo Vasquez de Incarnatione disp. 11. sec. 3. num. 19. ut probaret Verbum uniri intime humanitati, hoc habet: esse alterum in altero, si penitus inspiciatur, illud est, quod ipsa in eodem loco physice dicuntur quod ...: Sic non est in alio titulo gratia substantiae in ... ubi ... candor parieti. et ita verum ibi, sicut apud illum idem est, uniri physice, et in eodem loco aut spacio. Secundo Cardinalis de Lugo disp. 11. sec. 7. num. 79. tandem et ex professo rem istam versat, dicens, unionem veram, et quidem ex suo conceptu esse id, ratione cuius aliqua extrema dicta alligantur mutuo in ordine ad inseparabilitatem, et ad hoc, quod ex utroque resultet aliquod unum, et per se unum. Et ... ubicumque est haec alligatio inter ea, ibi datur vera et physica unio. et consequens si Verbum habet hanc alligationem cum humanitate, habet veram, et physicam unionem, licet non mutet ... intime. id tamen in hac ... de Lugo explicatur ... mihi videtur, quod cum dixerit unionem esse id, ratione cuius extrema mutuo alligantur in ordine ad inseparabilitatem, ... adhuc quod hoc

alligatio sit adhuc, quod ex utroque extremo resultet aliquid unum per se unum. nam certum impossibile esse, quod aliqua duo fractim alligentur media unione in ordine ad insepara[bi]litatem, quin media illa unione non resultet fractim aliquid unum per se unum.

Ex his ergo, ex ime dictis, quae sunt fere communium sensum, explodendus mihi venit dicendi modus P. Oviedo controv. 18. physicorum pun. 1. num. 6. et P. Arriaga disp. 21. physicorum sec. 2. num. 12. ubi, nescio quo iure, aut hoc dicunt, post unionem informationis utrumque extremum, etiam si unio destruatur, in alio loco ab extremis, et unumquodque extremum esse distans ab altero. quis enim dicat, quod possit tum granatum, unitum esse albedini, quae Granatis sit, media unione, quae sit Romae? aut quomodo albedo exit in propriam informationem, quae esse extra eum sit? ergo ut ad rem nostram deveniamus, explandum mihi est, qua ratione Verbum Divinum humanitati unitum posset per unionem in Christo, quin Verbum Divinum ex se sua aliter intrinsece se habeat aut mutari dicatur. Dico ergo, hoc ita esse posse, ut aliter esse impossibile sit. Itaque Deus ratione suae immensitatis ita ubique est, ut nulla possit creatura duci, quae non sit intra Deum et intra quam Deus non sit. hoc autem fit sine ulla Dei mutatione ut evidens est: nam ad hoc, ut Deus incipiat esse intra creaturam, et creatura intra Deum, supposita immensitate ex parte Dei, non requiritur aliud, nisi quod res ipsa producatur creatura, et incipiat esse: quin, quod aliquid propria mutatione denuo noscatur mutari dicatur Deus, incipit esse intime praesens creaturae, et creatura incipit esse intime praesens Deo, per hoc solum quod se tenet ex parte creaturae. Pone ergo ulterius, quod superaddi unionem realem inter Deum, et illam ipsam creaturam, fiet unum ex Deo, et creatura, erit quod Deus intime unitus creaturae, et creatura

Deo sine ulla mutatione Dei, quod ita ostendo.

Ex vi unionis fit, his superadditis, sed datis novis terminis, ut Deus sit intra creaturam et creatura intra Deum. Itaut si per impossibile Deus non esset ubique, transferretur que in alterum locum creatura, illuc etiam transferendus etiam, et movendus localiter Deus: nam hoc exigit vires unionis realis et physicae, ut dictum est: sed ad hoc nulla prorsus mutatio est necessaria in Deo: ergo ad hoc ut Deum unitus dicatur etiam intrinsece alicui creaturae, non est necessaria ulla mutatio in Deo. Consequentia patet et explico. Non mutatur Deus ex eo, quod creatura incipiat esse intra Deum et Deus etiam incipiat esse intra creaturam: sicut nec mutabitur Deus ex eo, quod creatura non solum sit intra Deum, nec solum sit Deus intra illam, sed etiam si creatura ita sit alligata et unita Deo, ut petat essentialiter ratione unionis superadditae, quod Deus sit in ipsa, et ipsa sit in Deo. Patet minor, haec enim: nam hoc constituit ponendo aliquid novum in Deo, sed aliquid novum in creatura. hoc enim totum fit ratione ipsius unionis creatae, id est, ratione exigentiae. Itaque si Deus non esset essentialiter totus ubique, obnoxius esset mutationi, seu motui locali per unionem ad creaturam, quod esse non potest, nisi Deus aliter se haberet in se et intrinsece: nam non pateretur in se motum, quo localiter moveretur, et per unionem obnoxius fieret huic motui: at cum haec omnia impossibilia sint, nulla ratione Deus aliter se habet intrinsece nec motui obnoxius est, aut alicui mutationi.

Hac ratione intelligendus venit S. Thomas in relatis q. 2. ar. 7. ad 1um dicendum, inquit, quod haec unio non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantum: dicitur enim Deus unitus creaturae ex hoc, quod creatura est realiter unita Deo, absque eius mutatione. et q. 1. ar. 1. ad 1um Dicendum, quod incarnationis mysterium non est impletum per hoc, quod Deus sit aliquo mo-

à suo statu immutatus, in quo ab æterno fuit. et per hoc, quod novo modo se creaturæ univit, et posuit eam sibi. Et ideo standum est in 1º textu dici Deum univisse sibi creaturam, per hoc quod creatura sit realiter unita Deo. quatenus vero novo modo intelligendum sit, quod creatura sit unita Deo, et quod Deus sit unitus creaturæ. quod expresse videtur in 2º textu, ubi cum dixisset, quod Deus novo modo se creaturæ univit, mox quasi locutionem exigens, subiunxit, et posuit eam sibi. Et in hoc sensu intelligit S. Thomas quod unione realiter in Deo sit 2º rationem tantum: quod videlicet hic datur duplex relatio in unica et eadem unione: relatio realis creaturæ ad Deum, et relatio rationis Dei ad creaturam: nam licet Deus dicatur active, et realiter intra unitus creaturæ, non est per realitatem quod realiter de novo sit in Deo, qui eodem modo ex parte sui se habet realiter ad creaturam. est autem realiter creaturæ unitus per id, quod realiter est nonnumquam creatura, ex parte cuius se tenet hoc, quod est referri realiter ad Deum per unionem, sicut Deus ex parte sua solo rationis refertur ad creaturam. Sec. 6. Solvuntur rationes dubitandi, et instantiæ quædam.

Sect. 6.
Soluunt. roes dubitandi et instantiæ quædam

Ad 1um igitur et præcipuam rationem dubitandi, quæ proposita a nobis est supra Sec. 1. § 4. respondendum est, non sequi, Deum posse mutari. nam licet Deus uniat realiter, et physice naturæ humanæ, realiter intra se habet ex parte sua: nam ex parte Dei nihil de novo ponitur nisi terminum, quod realiter insistit in ipsa creata entitate, et resultat relationem rationis in Deo. nec ullam habet faciendi in Deo mutationem ex eo, quod Deus se creaturæ univerit, et posuit sibi unire creaturam, ut dixit S. Thomas. Ad 1am confirmationem ibi allatam ratio, non sequi futuram ab æterno

Incarnat.[es] nam licet in temp.[ore] dicat° Deus incarnatum hu
ca; hoc n[on] fit per mutationem aliq[ua]m intrinsecam in Deo
factam, sed p[er] novam Dei rem relationem participatam
patam a c[re]a[tur]a de novo existente. Adde, q[uo]d diceba
tur, ipsum Deum in tempore aliq[ui]d incarnatum, q[uo]d n[on] habu
erit ab aeterno, distinguendum e[st]: ipsum Deum in temporali
q[ui]d incarnatum, habitudine nova, seu physica, vera,
et reali, dicendum; habitudine nova, logica, s[cilicet] et pure
grammaticali, seu rationis, nego. Itaque hoc, q[uo]d e[st], Deus
e[ss]e unitum car[n]i, seu vere unionem cum carne, intelligen
dum e[st], n[on] per veram, et realem, novam, et physicam
habitudinem Dei ad carnem, sed per veram, et re
alem, physicam q[ue] habitudinem car[n]is ad Deum, ex
qua resultat habitudo quaedam rationis, seu logica et
mere grammaticalis. Nam ut in re simili dixit
Anselmus de casu diaboli cap. 11. Sicut de aliquo
dicimus, q[uo]d visum habet, et q[uo]d visus est in eo; ita dicimus,
q[uo]d caecitatem habet, et q[uo]d caecitas est in eo; cum tamen
vere caecitatem n[on] sit in re, licet grammaticaliter
dicatur.

Ad 2um formam huic etiam rationi dicendum
nobis, n[on] sequi ex mysterio incarnat.[ionis], q[uo]d Deus sit
conversus in hominem, aut q[uo]d homo sit conversus in Deum, ut
male inferebat, et dogmatizabat aliq[uando] Eutychi
ches, contra quem multa scripsit Leo Pontifex in suis
decretalibus; donec in concilio Calchedonensi hujus
sic illius damnatus. Sed per unionem hypostati
cam ita unitae sunt duae naturae humana, ut maneat verus
Deus et verus homo: verus quidem, n[on] conversione Divinitatis
in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum;
unus omnino, n[on] confusione substantiae, sed unitate personae, ut

dii in symbolo Athanasii, id, quo urgebamur de impossibili-
tate hominis Dei, et hominis equi non habet vim: nam homo Deus et homo equus
impossibiles sunt per identitatem naturae; non vero per unitatem
suppositi. Itaque impossibile est, quod aliquid secundum eamdem
naturam sit homo, et Deus: nam Deus natura neque convertitur
in naturam humanam, neque cum illa confunditur, ita ut ex
utraque una fiat, et eadem natura: at quod per unitatem suppo-
siti mediante unione hypostatica, et Deus sit, et homo, non est impossibi-
le: quo etiam modo non impossibile esset, quod idem suppositum
per unionem utriusque naturae, et homo esset, et equus. Et in hoc
sensu dantur impossibiles homo et equus, sicut alias est, quod natura aeterna
hominis sit etiam natura aeterna equi: quod prorsus implicat.

2° dubitandi ratio desumebatur ex unione re-
aliter addicta, de qua nos infra dicemus. Inferebat autem
recipiendam in Persona Verbi: 1° quia sicut est in natura hu-
manitatis, ita etiam est in persona Verbi: est enim unio
utriusque extremi. Secundo quia eodem modo recipitur in utroque
extremum: sicut humanitatem recipit ut subiecti
sui, quare non etiam Verbi Personam ut subiectum reciperet?
Rem tangit authores, quae philosophicam de novo subiecti
et de subiecto unionis, et utrum utrumque [illegible].
Nos aliquid amplius q. 4. de unione dicemus: nunc autem
satis sit asserere, non recipiendam unionem in Perso-
na Verbi, tanquam in subiecto; sed non est tantum in termino illius u-
nionis, sicut et cognitio nostra est tantum in objecto. Ex eo autem
quod tantum in termino sit, non habet ultra terminare eum, quia cum
omni novo quodam titulo dicatur humanitas intra
Deum, et Deus intra humanitatem, quia videlicet
utrumque extremum intra unionem, et unio videtur
intra utrumque extremum. Unde infertur, Deum,
qui prius tamen est, non mutari in ipsa unione, sed vocari

creaturae ex parte sui. Sicut n. non mutatur ex mera
creatione extra; ita non mutatur Deus ex mera creatione
intra, quae solum superaddit intimam directionem
extremorum in se [?], et cum unione: ad hanc
autem terminationem intimam, quam petit unio, Deus
qui ubique est, ex parte sua habet quidquid tenere debebat. nam
ut optime dixit in recentiorem [?] P. Suar. disp. 8. sec.
3. [?]. addunt aliqui: Verbum ob suam infinita
tem, et immutabilitatem exigere habet, quod non adjun
est, ut sit unitum, saltem extremum ipsum
attrahit. qui legit intelligat.

Ad 3am rationem, quae est 6. propositae, distinguen
dum erit: inter Deum, et creaturam nulla est proportio in essendi,
concedo; in uniendi [?], nego. nam proportio quaeque, ut unian
tur Deus et creatura, solum dicit ex parte Dei quod possit terminare posse uni
onem cum creatura: sicut ergo inter Deum, et creaturam datur
proportio cognoscentis, et cogniti, quae ut Deus sit cognitus a
creatura, solum requiritur, quod terminet cognitionem creatam; ita
etiam datur proportio tenentis et trahentis unionem, quae sicut
potest extrinsece terminare cognitionem, potest unionem trahere intrin.
id, quod addebatur de duabus finis substantiis, quae nullo
modo possunt uniri in uno composito, falsum est de potentia
absoluta Dei, et potentia obedientiali creaturae; quod etiam de
duobus entibus completis creatis indicamus. Ad 1. disp.
censeo dicendum, non quodlibet potentia naturaliter uniri cum
quolibet. potest tamen supernaturaliter: nam censeo potentiam
obedientialem creaturae, ut possit ex illa Deus facere aliquid per uni
onem, commensurari sola Dei omnipotentia; non cum igitur ita po
tens enim est Deus ut ex quolibet possit facere quodlibet per unionem
eiusdem ordinis, nam ut ipse dominus proverbialiter dixit: potens
enim est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahae. et Alo

ne sic ex Deo, et Ab̄ōe potuit fieri tot Dij per unionem extre-
morum infinite distantium in entitate, quare ex qui-
buslibet a bijs extremis id ipsum etiam n̄ posset media
unione fieri ego n̄ video. Unde ad 2.am p̄tem dicendum,
p̄ot naam creatam subsistere p̄ subsistentiam D. me-
dia unione trahõnis. an possit intelligere p̄ intellect.m in
creatam, et Deum videre ipsa increata visione Dei,
Theologi disputant in Maa de visione. quare creatio p̄
sit existere p̄ existentiam increatam dicemus infra ex p̄-
prijs prijs. Tandem creata n̄ p̄ot esse Deus per suam essen-
tiam, q̄ implicat, q̄d essentia creata sit essentia Dei. p̄ot tamen creata esse
Deus p̄ essentiam Dei, cui sit unita, ut in Xp̄to D. contingit,
de quo media unione hypostatica dr̃ homo ille ē Deus
p̄ essentiam.

Verum instari p̃o p̃ totam doctrinam, et so-
lutionem p̃xime traditam. Mutari aliqd̃ ē aliter se
habere: sed id q̃d transit a contradictorio in contradictorium,
n̄ p̄ot n̄ aliter se habere; ergo n̄ p̄ot n̄ mutari. Atqui
Verbum D. in mysterio Incarnat.is transit a contra-
dictorio in contradictorium, s. à non unito ad unitum. et
hoc quidem in instanti: ergo in mysterio Incarnat.is aliter
se habet in instanti: ergo mutatur in instanti. Et confirmatur: q̃ ideo n̄ p̄ot
entitas in uno et eodem instanti subire duo contradicto-
ria etiam extrinseca, quæ successive p̄ot, q̃ transire à contradictorio
in contradictorium dicit mutationem quæ dari n̄ p̄ot in uno in-
stanti: nam si in uno instanti posset res mutari, etiam va-
rietatem capere, posset subire p̃ in uno instanti transire à
contradictorio in contradictorium. Ad instantiam vero distinguendo
maiorem. mutari aliqd̃ ē aliter intrinsece se habere, concedo,
ē aliter se habere extrinsece, seu p̃ terminum extraneum, nego. sic
etiam ad minorem: id, q̃d transit à contradictorio in contradictorium

p meram rationem etiam intram, n pot n se here
vel aliter intu, no; id, q transit p meram et ambigiam
habitudinem a 2 dictorio in 2 dictorium, n pot n
aliter se here intu, 2cedo. Ad 2 formam ero, distinguendo
primam antiq propositionem: Non pot entitas, in uno
vel instanti, subire duo 2 dictoria etiam extra: q tran
sire a 2 dictorio in 2 dictorium, dicit mutatem. in ali
qua saltem entitate, 2cedo: q dicit mutatem. in oibus
entitatibus, no. Itaq aliqua entitas debet in rerum
natura mutari, ut aliquis transeat a 2 dictorio
in 2 dictorium. Sed n debent oes mutari: nam aliqua
entitas a 2 dictorio transibit in 2 dictorium p merum
rationem sive intram, sive extram; quae res muta
ri n debet.

Si instas adhuc 2o humanitas mutatur p
unionem, et aliter intu se habet cum unione ad Verbum
D. qm se haberet sine illa unione: q similiter Verbum muta
tur, et aliter intu se habet. P Con: q unio illa eodem
modo respicit utrumque extremum: sed quo respicit Verbum D.
p ...ent suum intrum, eodem mo respiciet huma
nitatem: Atamen hoc satis est, ut mutetur hu
manitas, et aliter intu se habeat: q etiam satis erit,
ut Verbum D. mutetur, et se habeat aliter intu. Hanc
instantiam impugnat etiam S. Thom. q. 2. ar. 7. ad
..., ubi ait, quod haec unio est in D. realiter, sed 2m rationem
tum, in humana autem natura, quae creatura quaedam est, reali
ter. Et addit: unio talis n habet esse reale nisi in natura
creata. Ad instantiam p rem, unionem hyposta
ticam n eodem mo respicere utrumque extremum: ... ...
respicit. n. Verbum D. ... suum intrum. huma
nitatem vero ut ..., in qua est, et aliter se habentia ...

ut pat: nam ubi fuit scum adubi humanitas, et sine ubi locum transfertur, in quem humanitas, et hinc e. quibi cumq. ponit humanitas Xpti D. ponitur unio hypostatica; quoe, ubicumq. e. D. Verbum: sustentat, ergo, et in eri humanitati: quae etiam in ordine ad Euchiad. Amico. de Euchia q. 8. sec. 9. cum RR. apud 19. Sec. 9. §. Dico 4. cumq. doctis RR.

19. Sec. 9. §. Dico 4.; cumq. dictis RR. apud ... q. nal dixim. Congruentius poe dici unionem Eucharisticam e in accidentib. tanq. in subto, et sub. Xptum D. ut purum tum in tum; potius q. in con. uento: nam ubicumq. ponuntur, et quocumque ... transferuntur accidentia, ponitur, et transfertur unio. non tamen ubicumq. e. aut ponitur corpus Domini: in hunc sensum etiam in ... sentit loqui ... et in eo capiendum e D. Thom iudicamus. ... de unione hypostatica aliqua nos adhuc ... enucleanda q. ment. ... q. 4. ... 3. an posibilitas mysterij incarnat. sit naturaliter cognoscibilis? Sect. 1. ... quibus dam, ... de posibilitate natiua.

Q. 3.

An posibilitas mysterij Incarnationis sit naturaliter cognoscibilis?

Sect. 1.

Præmissis quib. dam prima conclussio tradit. de posibilitate natiua.

Licet hæc q. et Adifas alijs quib. dam my(s)terijs fidei ... et illam nos etiam in ... de Euchia. ... eam tamen in hac ... orum dissidia, et spatia quædam, quæ hic sese offerunt celebrem faciunt et illustrem: quare ... fuit in hoc loco omi

Senda, quod Tertium quam et in theatro thyrones, et no
uos in hac litterarum palestra pugiles heamus. Quo pri
mittendum est, duplicem esse cognitionem possibilitatis;
aliam claram, et evidentem, et aliam minus
probabilem et opinatiuam. Prima harum ulterius
quod duplex adhuc est: alia dicitur cognitio negatiua possi
bilitatis, et alia cognitio positiua illius. Cognitio possi
bilitatis negatiua seu cognitio possibilitatis negatiue, ut alij
loquuntur, est illa, quae consistit in non danda impossibili
tatis, dissoluendo ea quae cum sint argumenta ex eo in contrari
um tulerint. Cognitio possibilitatis positiua illa est, quae
quam ista negatiue, est positiue etiam per intrinsecam
comprehensionem, aut cognitionem extrinsecorum,
ostenditur aliquid esse possibile. Et haec erit cognitio a
priori. Est autem cognitio alia possibilitatis, quae a pos
teriori habetur, vg argumento desumpto ab existentia: nam
ego, qui me existentem video, certo et evi
denter positiue cognosco me esse possibilem: nam hic
cogitans evidens est, et demonstratiuum: quod
existit est positiue possibile: ego existo: ergo possibilis sum posi
tiue.

2o praemittitur mysterium Incarnationis posse dupli
citer considerari s. vel, prout dicit unionem inter Deum
et creaturam, vel, determinate ut quod dicit unionem cum determi
nata quadam persona Trinitatis, videlicet cum verbo, et
non cum Patre, neque cum Spu. S. et discrimen est quod haec 2a
notio praesupponit cognitionem mysterii Trinitatis: unde si
Trinitatis mysterium neque evidenter, neque opinatiue po
sit cognosci quoad possibilitatem, etiam non po
terit cognosci mysterium incarnationis ut possibile in per
sona quadam determinata Trinitatis. 3o praenotandum est

asindee, q in mentem cad? angeli, posset eadem aliquas spes huius mysterij, et aliquid infiderunt, et subortæ talis spe pro ↄ naturalem Angelus indicare, et assertive cognoscere id eē posse. quo q. ne, an possit naturaliter subsistere talis spes in angelo. hoc n. non videtur aliqua ratione impossibile, cum species etiam nobis distinguat, varias subire dubitationes, comparationes aliquae extremorum: nam potentia discursiva liberrima aliquando est, et ex speciebus, quas singulares habet, [illegible] et alias aliis permiscere, [et etiam quandam sibi gignere ad obiectorum inter se comparationem] et etiam quandam sibi gignere ad obiectorum inter se comparationem. hac ratione non dubito, potuisse Angelum naturaliter ex spe Dei et hominis, aut aliarum alterius creaturæ, apud se proponere dubitationes an implicaret Deum coniungi in unitatem suppositi, sicut animæ et corpus coniungantur in suppositi unitatem. 40 + incidente

4 quo intendum est, aliqua eē mysteria fidei adeo supra omnem creatum discursum, ut intellectus creatus, non adiutus lumine fidei, non etiam illa ex parte tamen impossibilia, deceptus quidem speciebus quibus naturalibus. Huiusmodi certe est mysterium Trinitatis, quod proponeretur sine ullo fidei lumine, non ab intellectu creato reputari impossibile, quod existimaret. Ubique etiam ulla explicatione exemplorum evidens illud axiomatis syllogistici, quæ cum quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. quod tamen intellectus lumine fidei illustratus cognoscit, mysterium hoc Trinitatis clarum, adeo esse possibile, conceptumque intelligit, principium illud non ea generalitate gaudere, ut sine ulla sui exceptione, aut limitatione transferri possit ad Deum. hoc tamen fore nunquam in mentem veniret, si solo naturali lumine intellectus duceretur. His praemissis, quo potere, an intellectus creatus, solo naturali lumine ductus, potuerit cognoscere possibilitatem mysterij incarnationis, evidenter, formaliter formaliter quo

ad unionem naturae creatae cum Deo s. non involvendo
potiam mysterij Trinitatis. 1a Sa absolute id negat po
ssibile. Ita multi cum P. Suar. dp. 3. sec. 1. et est com
munis. 2a Sa docet, Angelum sive naturae relictum
posse cognoscere non tam huius mysterij veri. suspensurum
tamen assensum, quia dubitaret de illo unionis ge
nere, in quo extremum unitum in infinitum distat.
Ita cum alijs P. Lugo dp. 1. sec. 1. Si certe, si Angelus di
citur assensum suspendere, nihil fortasse dicit haec
2a Sa contra primam.

Quidquid sit facilior apparet tamen, dicendum
est non posse ratione aliqua ostendi evidenter, et demonstra
tive impossibile mysterium Incarnationis. ratio nostri huius est quae
desumitur ex solutione argumentorum injiciendorum quibus
mysterij huius possibilitatem jam tradita. a posteriori
ratio autem est adhuc: quia cum fides doceat, mysterium
hoc esse factum, ex suppositione huius revelationis certum est et
omnino verum, id esse possibile: quia factum omnino est, id esse impossibi
le: quod non potest evidenter demonstrari, id esse impossibile,
quippe id solum demonstrabile est quod verum est. et ratio explo
gicitur: quia cum de ratione demonstrationis sit, quod ex veris pro
dat, ex vero autem non potest inferri nisi verum, fit in
de, quod nulla potest esse legitima demonstratio falsi. nulla
ergo erit, quae probet, mysterium hoc esse impossibile. nisi fal
sum demonstrari evidenter posse, videre est ultimum.
Et 4a probatur ratione a nobis facta in re simili. nam si po
sset evidenter cognosci ut impossibile mysterium hoc, esset
simul evidenter possibile, et evidenter impossibile: sed impli
cat quod aliquid sit evidenter possibile, et evidenter impossibile:
ergo implicat, quod possit evidenter cognosci ut impossibile mys
terium hoc. maior probatur: et in primis esset evidenter impossibile,

si cognosci evidenter potest, ut impossibile. Rursus esset
etiam evidenter possibile: nam id, quod revera possibile est, revera habet possibilia
in tota sua possibilitate: possibilitas a Deo aliqua intellectiva virtute potest
augeri, clarificari et evidenter cognosci: quod potest eum virtute sui luminis illius
intellectivam ducere, ut evidenter cognoscat possibilitatem rei:

Dices: bene potest res una et eadem res esse evi-
denter possibilis uni individuo, et evidenter impossibilis alteri: ma-
xime, quia evidentia possibilitatis heac tua supernaliter evi-
dentia autem impossibilitatis ratione tua. Quod explicatur:
nam de possibilitate, et de impossibilitate rei habetur iudicium
probabile a diversis, id est: quod uni evidenter probabiliter im-
possibile, alteri est possibile probabiliter: unde res eadem est probabili-
ter impossibilis uni et probabiliter possibilis alteri: quod similiter
erit id, quod uni intellectui est evidenter possibile, erit alteri eviden-
ter impossibile: quod nulla erit implicatio, quod aliquid sit evi-
denter possibile, et evidenter impossibile ratione diversorum. Hac solutione
solo sophisticationes possunt deducere, quod possunt tamen, si est
non ad speciem probabilitatis composita. Sed auferenda
larva est, et ars urgenda fucus. Quo advertendum est,
aliud esse, quod res mihi evidens videatur, et aliud, quod
ipsa in se evidens sit, et demonstrabilis. Quandoque
contingit, me falli, cum rem evidenter demonstra-
re contendo, quam res ipsa nec demonstrat, nec eviden-
tem facio. Hac ratione bene potest contingere, quod aliquid sit uni
evidenter possibile et alteri evidenter impossibile; non quidem vera
et propria evidentia, sed fallaci saltem in eorum altero: non enim potest dari vera et propria evidentia de re falsa.
Cum autem aut rem esse possibilem, aut rem esse impossibilem sit
falsum, non potest de eodem etiam in diversis dari vera,
et propria evidentia, sed reputativa et fallax. Unde da-
ri non potest etiam in duobus intellectibus evidentia de possibilitate,

et de impossibilitate eiusdem rei.

Aliter ostringit in probabilitate: nam quod aliquid sit probabile, non quod sit re ipsa uerum. potest quod ei falsum esse probabile: unde sequitur quod duo contradictoria simul sint probabilia. imo etiam contingit quod contradictorium falsum sit magis probabile saltem ex parte. hinc est quod dari simul in diuersis potest iudicium probabile de possibilitate rei, et iudicium probabile de impossibilitate. non tamen iudicium euidens, et demonstratiuum possibilitatis, et impossibilitatis etiam in diuersis subiectis. Sed rogas an cum nullum sit iudicium euidens possibilitatis, an uero satis sit iudicium probabile ut dicatur posse aliquid a Deo fieri. dubitatio haec ab alijs notioribus proposita, rogat quae nam harum propositionum sit uera: prima propositio est, Concedendum esse posse a Deo fieri omnia, quae dicunt non repugnantiam euidentem, seu quae dicunt euidenter non repugnantiam. 2a est: Concedendum esse a Deo posse fieri omnia, quae dicunt non repugnantiam saltem probabilem, seu quae dicunt saltem probabiliter non repugnantiam. Dubitationem hanc tangit illustrissimus Caramuel in fundamentali theologia fundamento 1. thesi 1. de omnipotentia breuiter et dilucidi quoque utramque propositionem concedendum esse euidenter, posse fieri a Deo omnia, quae dicunt non repugnantiam euidentem, seu quae dicunt euidenter non repugnantiam. concedendum quoque probabiliter, posse fieri a Deo quae solam dicunt non repugnantiam probabilem seu quae solum probabiliter dicunt non repugnantiam. Sed a. nec euidenter nec probabiliter positiue posse cognosci naturaliter possibilitatem mysterii.

Sect. 2.

Nec euidenter, nec probabiliter positiue posse cognosci natura raliter politatem mysterij.

Praecipua huius q.ⁿ difficultas, an nostro naturali, et etiam positiue possit cognosci politas mysterij incarnationis, aut euidenter, aut saltem opinatiue? Pro quo dicendum 2.° est, nostro cognosci euidenter positiue politatem mysterij ab intellectu creato, solo duce lumine naturali. id saltem euincunt quae de mysterij huius nouitate, et ineffabilitate alibi in scripturis, et saepe in sanctis PP.ᵇᵘˢ reperiuntur. Hieremiae 31. Nouum faciet Dominus super terram. femina circumdabit uirum. Unde Ultimus in transferendo apud Dyonisium Areopagitam secundo de Diuinis nominibus. nouorum omnium nouissimum dixit mysterium hoc. et Damascenus 3.° fidei capite primo. Solum sub sole nouum. nempe exceptionem regulae illius Ecclesiastes 1.° nihil sub sole nouum. Consonat Paulus prima Corinthiorum 2.° ubi de mysterio hoc Incarnationis ait. Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam nemo principum huius seculi cognouit. Ubi Dei sapientiam dicit, quasi opus totius sapientiae Dei: quid quod mirum quod omnem creatam sapientiam subtiliter superat. et ut superaret ad sapientiam in mysterio, et ... causam et absconditam diceret. Loquitur cum emphasi, quae abscondita est, quae cum quadam emphatica repetitione, quam praefert articulus prae fixus. quasi dicat Sapientiam illam absconditam. Quarto quam nemo Principum huius seculi cognouit. Tu ubi ex Sermone Pauli de Angelis intelligitur clausula, unde Cornelius a Lapide sic commentatur loquimur sapientiam mysterij de

Verbi incarnatione, quæ nulla ratione naturali
li potest cognosci ab homine, imo nec ab Angelo)
ex Sermone illi de Angelis intelligit clausula. Vn
de Cornelius noster sic commentatur: Loquimur sapien
tiam mysterij de Verbi incarnatione, quæ nulla ratione naturali
potest cognosci ab hoc, imo neque ab Angelo.
Clarissima in rem istam sunt verba Dioni
sij in oculati de Divinis nominibus cap. 2. qui, Etiam, inquit,
res illa Iesu Theologiæ clarissima, et illustrissima, per
quam Iesus ex nobis natura composita, nec oratione explicari,
nec ratione cognosci potest, et ab ipso primo antiquissimorum An
gelorum gradu percipi. Vt suo velab ipsis Hierarchiis vi
bis rationem de humanitate, quæ tota in mysterij natalitatis
Christi, libet transcribere quædam illius verba, quæ sua
ipsorum novitate novissimam hanc rem, et mysti
cum commendant. 9 lib. de Divinis nominibus cap. 2. Itaa
pud Dyonisium Hierotheus de Theologia humana incarna
ta: Itaque quod etiam ad naturam ex sua benignitate venit,
ivo quod etiam assumpsit, et vir, et Deus appellatus. Pro
pitiam nobis sint, quæ a nobis hoc loco laudantur, et
mentem, et rationem sunt) in his quoque quæ habet quod naturam
et essentiam exsuperat non solo quod sine ulla sui mutatione aut con
fusione nostri factus est particeps, quippe qui nihil pas
sus est in sua summa plenitudine ab ineffabili exinani
tione: sed etiam quod (quod est novorum novissimum)
in iis, quæ naturalia sunt, supernaturalis erat, in iis, quæ
essentiam sunt, super essentiam erat, omnia quæ nostra sunt, ex
nobis supra nos habens excellentia eminenti.
Et iterum Dyonisius epistola 4. quæ est ad Caium.
Reuera nostrum Jesus, qui homini amore captus homo etiam factus
est, ex hominum essentia supernaturali supra essentiam
essentiam, et naturam accepit, et tamen nihilominus supernaturali

tastet plenus ipse, qui semper supernaturalis haud dubie supernaturalitate affluentia. Et in naturam vere veniens, supernaturam naturam assumpsit, et supra hominem ea, quae hominis sunt, exercebat. et tandem in eadem epistola hyperbolicos rem totam concludens de Christo Domino et illius supernaturalitate ait: quod vero aliquis cetera, quae plurima sunt, percurrat, ex quibus, qui Deus ea contemplatur supra mentis suae captum cognoscet, etiam ea, quae de benignitate Iesu affatim praedicantur, in se vim excellentis nationis obtinent. nam ut summatim dicamus, neque homo quidem erat, non quod non esset homo, sed quod ex hominibus cum esset hoc longe superaret. et supra hominem vere factus sit homo. et epistola 3. ad Caium etiam, loquitur de Deo in Christo, et de mysterio incarnationis et ait: occultus autem est Deus etiam post ipsam declarationem, aut ut divinius dicam, in ipsa declaratione. hoc enim Iesu divinitatis absconditum; neque ullo sermone, vel cognitione, quod eo ipsum pertinet mysterium, deprimitur. sed et cum dicatur, inexplicabile manet, et cum cognoscitur, incognitum.

Haec inter alia S. P. testimonia ex Dyonisio adduximus, quae nostro mysterium hoc nobis commendant, scilicet quoad rationem ipsam, quam ratione naturali nostra, ex supernaturalitate desumpta submininistrant. ergo non quod doctrina tradita: quod mysterium incarnationis est omnino supernaturale; immo est omnium supernaturalium supernaturalissimum, et ut Dyonisius loquitur supernaturalitate plenum. quod non potest naturaliter cognosci evidenter, ut probo. et contra. quod si ita cognitio evidens est intuitiva et aliquando abstractiva et in alio: sed nulla potest esse cognitio evidens naturalis sive intuitiva, sive abstractiva entis supernaturalis: ergo nulla potest esse cognitio evidens naturalis mysterii incarnationis. maior istius syllogismi probatur. et in primis, quod non possit dari naturalis

Cognitio intuitiva entis supernalis ostendit, quia Cogni-
tio intuitiva obiecti est cognitio habita per proprias species;
sed propriae species obiecti supernalis non possunt fieri naturaliter
quia supernales etiam sunt: ergo non poterunt fie-
ri naturaliter species, per quas fienda esset intuitiva cog-
nitio entis supernalis: ergo illa non poterit fieri naturaliter.
Probo vero neque abstractiva potest cognitio fieri etiam
naturaliter: quia ut habeatur cognitio evidens abstractiva, re-
quiritur ex deductione alicuius obiecti quod connexionem
dicat cum illo obiecto, cuius habenda cognitio abstracti-
va: atqui nullum obiectum naturale est, quod habeat connexi-
onem cum obiecto supernali: ergo nullum obiectum naturale est
quod ducere possit ad cognitionem obiecti supernalis: sed ut habeatur
evidens cognitio abstractiva alicuius obiecti supernalis,
ab aliquo alio supernali incipiendum est: ergo per ipsa
obiecta naturalia, et species eorum fieri non potest cognitio
evidens etiam abstractiva obiecti supernalis.

Confirmatur adhuc, et explicatur [illegible] pro-
xime facta notando, duplicem posse fieri cognitionem
dari: alia est cognitio negativa, et alia affirmativa;
per illam dicitur quod verum sit, per istam quod sit explicatum.
Cognitio negativa habetur semper ob defectum propriae speciei;
quando videlicet nullae aliae rationes possumus dare aliquam
dicamus [illegible] ratio indicat de coloribus, quod sint colores
non est tactus, aut auditus [illegible]: Cognoscit quod quid sint,
quid autem sint non cognoscit. Rursus nota cognitionem
posse affirmativam naturalis et ad positive evidentem cog-
noscendam possibilitatem rei in se, si cognitio non sit compre-
hensiva ratione: quia si cognitio obiecti non sit comprehensi-
va illius, dubitari potest in eo, an aliquid aliud prae-
ter [illegible] in illa sit, quod repugnantiam involvat. hinc
tota doctrina nostra illustratur: ergo ad habendam cog-

à priori de possibilitate mysterii; aut rurali
huius naturalis non habere cognitionem ... quam scientiam
qua rursus illa non sit; requiritur assertiua cognitio ...
quam scire possimus quod sit rursus illa: rursus hanc cognitionem
comprehensiuam in se ut posset in ea certo ... manere
de illius possibilitate: atqui quaeuntis naturalis, et maxime
autem mysterii Incarnationis, non potest dari naturaliter cognitio con
prehensiua ergo etc. Minor ... fundato philosophico
aut etiam theologico quod ... naturalis creata finitum esse
quaque ... quod non ... finitum est quoad physicum et entitatiuum
suum quod etiam quoad intentionale: hoc autem
in certo ... quod non posset clare et distincte in se ... obtain
gari ... de ... quibus ... his circumscribi; ultraque ferri
naturaliter non posset: assignare quam ... naturalis creatus in
tellectiuus ego ... illam circumscribo intra latitudi
nem entitatiuam; ita ut naturaliter posset inentitatem naturalia
ferri clare, distincte et euidenter; at uero in entitatem non natura
rimiti naturaliter.

Verum rogas, an non ... possit naturaliter
cognitio euidens huius mysterii, quam etiam cognitio
opinatiua probabilis? ... Aldrete disp. 38. sec. 3. num.
12. distinguit id, quod nos distinximus; ... mysterium
Incarnationis ... potest considerari detracto, ut ... in una
Trinitatis persona et ... naturalis, et ... hac ... ...
inuoluat mysterium Trinitatis; quod nec opinatiue
potest naturaliter cognosci a creatura, idem etiam dicendum
ait de mysterio Incarnationis, in hac ... considerati ...
autem posset mysterium hoc ... quod ille quatenus
subsistat ... naturam humanam, hac ... ait non
est, cur negemus posse Angelum opinatiue indicare
... subsistant ... potentia ... naturam humanam. Ita

num. 13. Secundo quia nostrum Desideratum Mysterii nec opinativa potest cognosci ab Angelo cognitione possibilitatis positiva. Ratio est: quia inexcusabilitas huius mysterii, quae adeo commendatur a Patribus, non rispicit tantum difficultatem ad hoc, quod peracta sit incarnatio in una Persona Trinitatis, et Animalia; sed potissimum ad hoc, quod ex Deo, et creatura unum quid uere unum, sit factum; ut uidere est in Concilio Ephesino p. 1. cap. 8. in epist. S. Cyrilli ad Nestorium incarnationis ex factam secuta, et inef fabili Deitatis, et humanitatis in unum Concursione. et in 6. Synodo actione 11. in epist. Sofronij, incarnationem mirabilem, supra humanam existimationem, et ad nos ubique prestitit Deus, et Dei secundum sententiorum. quia 2um Patres non solum est inexcusabile, et quasi ineffabile mysterium hoc 2um quod includit notitiam Trinitatis; sed etiam principaliter 2um quod dicit unionem hypostaticam inter Deum, et creaturam. et Ratio etiam est: quia haec etiam ratio nullum haec etiam creat quod fundatum probabile positivum ad asserendam mysterii possibilitatem: quia quae sit de fundato negativo, et de cognitione nativa talis possibilitatis. sec. 3. occurritur aduersantium argutis.

Sect. 3.

Occurrit aduersariorum argutis.

Opponitur 1º: solus Deus est inaccessibilis cognitione quidditativa, et immediata naturali: quia nihil creatum habet contra hanc inaccessibilitatem: quia omnia creata, etiam quae sunt naturalia sunt, possunt attingi a creatura cognitione naturali quidditativa, et immediata: quia omnia ex Paulo 1º ad Thimotheum 6. ubi de

Deo inquit; qui solus habet immortalitatem, et lucem
habitat inaccessibilem. Respondendo ani. Ad cuius
probat. resp. 1.o cum S. Tho. in illum locum, loqui
Ap.lum de cogne comprehensiva; nam certe Deus in-
accessus e, et inaccessibilis a creatura per cognem comprehen-
sivam. Secundo resp., Ap.lum loqui de Deo hominibus in-
accesso per visionem corpoream. subdit n. quem ne-
mo hominum vidit, sed nec videre potest. Ita plures expo-
nentes, quae de sola visione corporea intelligenda sunt,
totum locum interpretantur. Resp. 3.o cum P. Vaz.
et Azzurbal, loqui Ap.lum de Deo hominibus in hac vi-
ta degentibus inaccesso etiam cogne intuitiva clara et
quidditativa Dei ut e in se: at hoc non e proprium solius
Dei; cum et Angeli etiam, et aiae separatae non pos-
sint ab hominibus in hac vita degentibus naliter cognos-
ci cogne clara et quidditativa sicut e in se. Adde
tandem a [illegible] cum P. Ripall. tom. 1. de ente supernat.
disp. 10. sec. 6. num. 27. dici Deum habitare lucem
inaccessibilem, hoc e, habere in se lucem, seu lumen-
sive, ad cuius celsitudinem accedere non potest omnis creatura,
et perspicacia cogitationis cuius nisi solo non sola pa-
sive se teneat ex parte Dei: tam quoad obtinendum, quam ac-
tive tandem ex parte pote cognoscitivae, cui etiam proportionatum
e lumen ad videndum. Ita videt S. Thom. hunc
locum dupliciter interpretari: lucem habitat inacce-
ssibilem, quia incomprehensibilitas Dei excludit potest.
1.o quo transcendit quod incorporeum e comprehensibile, 2.o
quia hoc ipsum, quod est e omnium comprehensionem excedit.
Opponit 2.o nullum e creatum quod intellectus
Ap.ostolus homini rationalis intuitiva seu quidditativa
int. angelica: quod etiam naturalia cognoscere potest natura

literalis Angelo cognitione quidditativa et intuitiva. Probatur: quia nullum est increatum, quod naturaliter non possit cognosci ab Angelo cognitione quidditativa et intuitiva. Si autem ad id naturaliter improportionatus esset intellectus angelicus, nec supernaturaliter posset proportionari: quia etiam hic maior est, quia ideo intellectus nec supernaturaliter potest percipere sonos, quia ad istum est naturaliter improportionatus. Ad argumentum in oppositum nego antecedens. Cuius falsitas absolute loquendo mihi est fere eadem: nam intellectus creatus ad aliquid sit naturaliter proportionatus, ad quod ex se non erat proportionatus naturaliter. Ad probationem quae versa maior, neganda est minor; intellectus ideo aliquod creatum proportionatur naturaliter, quia naturaliter erat improportionatum. Minoris probatio est absolute neganda. Si tamen quaeras, quare intellectus non potest naturaliter proportionari ad percipiendum sonum, posito quod intellectus ad cognoscenda clare obiecta supernaturalia, imo et Deum ipsum; licet resolutio alterius loci sit, nunc tamen satisfaciens dicam quod non solum potest extrahi a suo obiecto. Et ratio est, quia ut obiecta aliqua, quae naturaliter cognoscere potest, erat imperfecto quodam modo, cognoscat modo aliquo perfectiori; ita tamen ut nec mutet cognoscendi facultatem ab illa potentia; itaque continget quod potentia habeat plura obiecta et modos diversos cognoscendi illa: quod si cognoscat modo perfectiori obiectum, quod naturaliter poterat modo imperfectiori cognoscere, non extrahitur potentia a proprio obiecto, nec a proprio modo cognoscendi: unde potentia naturaliter ad tum

mum cognoscendi talle obtinere.

Opponitur 3.° entia naturalia, et supernaturalia differunt penes virtutes activas, non vero penes virtutes intentionales: ergo eatenus supernaturale. Licet cognosci quidditative naturaliter possit, dum non efficienter possit naturaliter, seu per virtutes agentis naturalis. Probando absolutam: ergo entia supernaturalia a naturalibus etiam differunt, quod supernaturalia sunt virtutes meritorias naturae, quas non superant entia naturalia. Itaque supernaturalia entia non solo supra naturam dicuntur esse quod virtutes activas naturae sunt. nam angeli, et anima rationalis sunt entia naturalia et tamen sunt supra virtutes activas naturae, si natura creata sit: dicuntur ergo supernaturalia entia, quod non solo virtutes activas naturae creatae superant, sed virtutes etiam meritorias, et intentionales, adeo ut neque possit natura creata per virtutes sibi naturaliter debitas facere aliquid supernaturale, nec illud per se solam mereri, nec quidditative, et intuitive cognoscere. Et licet primarius conceptus entis supernaturalis sit, aut explicetur aliquo per ordinem ad virtutes activas. secundario tamen exit per ordinem ad cognoscitivas, et intentionales: nam sicut verum est transcendentalis conceptus entis realis; ita cognoscibilitas, quae in veritate fundatur. Propterea ergo erit in ente supernaturali non potest fieri a bene naturali, scilicet per ordinem ad suum esse virtutem entis naturalis: more sequitur ad hanc suam entitatem, seu quidditatem, non posse etiam cognosci ab ente naturali, sive naturae mine aliquo aut lumine naturali.

Opponitur 4.° licet non possit Angelus cognoscere mysterium incarnationis cognitione comprehensiva, potest tamen illius possibilitatem cognoscere cognitione

denti in se, et quidditativa: quoniam necessaria non est illa comprehensiva cognitio ad cognoscendam evidenter possibilitatem mysterii: quia non unquam ad cognitionem possibilitatis cognitionem comprehensivam rei exquisierunt? Probatur: quia de facto cognoscimus antichristum esse possibilem, cognitione evidenti in se, quin illum comprehendamus. Et si placet loquamur de quolibet alio homine non dum existente ab existentibus, et de alio possibile, certe illum possibilem evidenter dicimus sine comprehensione. Et confirmatur: quia perfectior est cognitio evidens rei existentis, quam rei possibilis, et sine comprehensione rei existentis habemus cognitionem evidentem illius: ergo sine comprehensione quidditatis habebimus etiam cognitionem evidentem possibilitatis rei: Sed ad argumentum negando antecedens. Et quod dicitur cognitionem intuitivam et cognitionem quidditativam. Cognitio intuitiva non est cognitio rei in se, sed pro ut versatur circa rem existentem. nemo enim intuitive videt, quod existens non est: itaque ad cognitionem intuitivam rei requiritur, quod sit cognitio rei existentis, et quod sit cognitio rei in se. Cognitio vero quidditativa rei praescindit ab existentia; solum enim est cognitio quidditatis. Et esse, sive haec existens sive mere possibilis sit. verum haec cognitio quidditativa, potest esse cognitio rei in se, vel in alio. ut sit cognitio quidditativa rei in se, adeo ut sit cognitio evidens possibilitatis, requiritur comprehensio: nam cum ad cognitionem rei in se non detur medium aliud, in quo, vel ex quo deducatur possibilitas, nisi ipsa res in se, non potest haberi cognitio quidditativa et evidens possibilitatis rei in se cognitae, nisi habeatur cognitio comprehensiva rei.

Unde ad ea, quae in argumento afferebantur, ...

alise iam solutio. Ad 1.um quod ex antichristo subiiciebat
ur, cognitionem possibilitatis antichristi haberi ex supposita re
uelatione, et dictus futuritione haberi per scientiam me
ram naturalem: ex supposita reuellatione diuina haberi cog
nitio possibilitatis, quod cum sciamus per dictam reuellationem
antichristum futurum, inde inferimus, illum esse possi
bilem; per scientiam meram naturalem haberi cognitio possibilitatis illius,
quod intelligimus antichristum non hominem eiusdem speciei cum
ceteris aliis existentibus; et ex istorum iam existen
tium possibilitate deducimus possibilem esse alium eiusdem
speciei et solo numero diuersum a ceteris. in utroque
autem casu cognitio antichristi non est cognitio rei in se,
sed in alio, aut ex alio quo cognito. unde ad hanc
cognitionem possibilitatis non est necessaria obiecti comprehensio, sed
necessariam dicimus ad cognoscendam possibilitatem per
cognitionem quidditatiuam rei in se. Et hinc patet ad
exemplum de hoc alio numero dicto, et de alio solo eiusdem
speciei. Ad 3.um quod desumebatur ex cognitione
intuitiua rei existentis, dici posset, non esse perfectiorem
cognitionem rei existentis, quam rei possibilis, si haec sit cognitio
quidditatiua rei in se. Et hoc mihi clarissimum est.
nam facillius multo habemus cognitionem abstractiuam
rei quo ad an est quam abstractiuam etiam eiusdem rei
quo ad quid est. si ergo haec distinguitur cognitione mediata et
abstractiua, quae est cognitio rei in alio, contingeret eti
am in cognitione immediata rei in se. quod si facilior et
imperfectior sit cognitio rei quo ad an est, quam quo ad quid
est, 2.um reiici posset, quod licet perfectior esset cognitio intui
tiua rei existentis, quam quidditatiua eiusdem possibilis, ad
huc ad hanc requiri comprehensionem creatorum,
quam non requireretur ad illam: quod cognitio intuitiua rei existentis

sin sit quiddita actualis exigit petit q. hic exi[s]ta cognoscat. at cognitio quidditatis exigit... sistenda est ex ipsa sui definitione, nam id exigit cognem omnium praeteritorum, ne forma ido maneat de impossibilitate in aliquo gradu latente.

Opponitur 2.° q.° saltem in natura, scilicet in pra passiva, l. activa obedientiali naturae humanae, potuit Angelus cognoscere possibilitatem mysterii incarnationis cognoscere evidenter naturaliter. ergo ... potentia passiva obedientialis naturae humanae cognosci in se potest, nisi cognoscatur ut potentia naturalis habere unionem hypostaticam cum Verbo. immo licet aliqua creatura possit elevari per potentiam obedientialem activam ad producendam talem unionem, non potest ... quo ad potentiam obedientialem activam cognosci, quin cognoscatur possibilis unio hypostatica, ... potest producere. atqui Angelus naturaliter comprehendit naturam humanam et quamlibet aliam creaturam se inferiorem: ergo cognoscit in illa hanc potentiam obedientialem, l. activam, l. passivam. Simile argumentum varias solutiones apud varios doctores, quae mihi non omnino placent nec illas modo refellere necesse est. Eam mihi facilior, et ad veritatem propior videtur, si videlicet dicam, Angelum non posse finire possibiliter naturaliter cognoscere potentiam obedientialem naturae, l. passivam, l. activam. 2.° q. potentia obedientialis est potentia ... in ordine ad ... illos, ad quos est potentia obedientialis. Itaque aliud est q.° cognoscat entitatem illius ..., potentiam obedientialem, l. passivam, l. activam posse elevari ad effectus supernaturales, et aliud q.° sciat de illa, et indicat ... elevabilem ad tales effe[ctus]

tur. ad hoc v. indiget spali lumine exp.te intq. quae det s nale; nam lumen nale intq. distit in prahis naturae, quae spectant ad potentiam illius super naturales nalem; et hanc dicetur Angelus phendere mysteria nalia. et voce: quadrivium serendum nalitate obtus est phens. d. req. lumen delatum exp.te pos; et quod divina sis prahi obti divinasum lumen in ipso... q. ... quae praeta sunt delinea s nali, lumen req. et immamen s nalle ipso, ut ... ad prahitatem s nalem. sec. 4. quidnam dicendum ex supp. mysterij iam pacti.

Sect. 4.

Quidnam dicendum ex supp. mysterijs pacti.

Vel arguitis, doctiq. ea opponit d. nos, vel saltem infertur: quae ex supp. mysterij incarnati iam pacti, potuit Angelus illud cog. nos cum euidentia cogni nali. quae illatio: q. ex supp. reuum supernaturalium, nec tam ... cogno euidens ... nalis. sic n. Angelus in statu sua creationis experiebatur, se credere et amare Deum actibus s nalibus, et hebat notam reflexam nalem et euidentem huius ueritatis. sic etiam et nos reflexe cognoscimus multa nos credere s nalia, et actu s nali, d. reflexe cognoscimus nali ter, nos credere actu s nali mysterium Trinitatis. sic tam en Demonis se ... memoria nali recordatur se in gratia conditum et ornatum donis s nalibus. v. ... illatio illa: q. rationi nali seu nalium reuum nali ... cognoscuntur nali Angelis; cum autem in humanitate Xpi ... ... nali subsistentia data ... illa; ... autem ... nali ... cum ... subsist... ... nul

lam. r. hebet Xptus D. poterant Angeli cognoscere naturaliter naam humanam Xpti D. subsistere per subsistentiam increatam 3º pr. q Demonii per scientiam naturali cognovit multa de Xpto D. quae fieri non poterant, nisi esset homo et Deus: q per hoc potuit naturaliter cognoscere, illum esse hominem Deum, seu Deum incarnatum. q si non cognovit, id forte factum, q a Deo impediebatur, ne eum agnosceret ut verum Deum, mysteriumque nostrae redemptionis interturbaret.

4º pr. q ipse Xptus D. in 1º sciat naturali, et humanam suae divinitati impressa, pr. etiam naturali, et naturaliter acquisita ab humanitate, cognovit evidenter, se esse verum Deum, Messiam a Deo promissum in sacris literis: cognovit etiam evidenter naturaliter, se esse illum, in quem sacrarum scripturarum oracula congruebant, insuper notum sibi erat lumine nali, se descendisse ad inferos cum potestate redemptoris, surrexisse, et ad coelos ascendisse ad gloriam divinam filio Dei: q saltem ex supp. mysterii supernaturali pacti potest in creatura dari nalis evidentia illius. 5º pr. q est una praemissa supernaturali mysterii iam per facti, et altera praemissa naturali, evadit non evidens nalis de obiecto supernaturali: q potest dari actus nalis qui evidenter attingat obiectum supernaturale, dum modo supponatur aliqua de praemissis, seu parte obiecti supernaturalis. arguitur in hoc syllogismo: humanitas Xpti D. est contingenter unita Verbo D. sed, q est contingenter unum alteri, potest unione realiter dicta: q

humanitas Xpti D. unit Verbo unione realiter
dicta. Quod autem dicta haec sit nalis. pr.: quia dicitur theolo-
ca deducta ex una pmissa fidei supernali, et
alia pmissa sciq nali, est di. nalis. 6. Tandem
pr. quod post peractum mysterium incarnatio-
nis et post revellationem illius factam est illud eviden-
ter credibile, evidentia credibilitatis nalis: quod est
etiam evidenter pole, evidentia politatis nalis.
R. Cons.: quia quod est evidenter impole, est evidenter
incredibile: ergo quod est evidenter credibile est eviden-
ter pole: nam bene valet ab opposito consequentis ad
oppositum antecedentis.
Multa hucdoctus [?] circa pertingimus.
Id certe minime verum est: tum quia nullam esse potentiam noti-
am evidentem nalem de rebus supnalibus, etiam ex suppositione
quod in rerum natura sint: unde etiam ex supposito mysterii
incarnationis iam peracti, impolem esse contendimus noti-
am evidentem illius per rationes nales intellectui nro
ex dictis est: quia quod existat in rerum natura id, quod supnale
est, non facit, quod aliquid nale dicat realem connexio-
nem cum illo, ut possit intellectus nalis operari per spcia
nalia ad notam rerum supernalium devenire. rur
sum facit rei supnalis existentia, quod ipsum non ens supnale con-
tineatur intra sphæram per se intellectus nalis, ut illud
possit in seipso cognoscere ut existens: quod etiam ex suppositione
quod existat, neque potest in se, neque potest in alio cog-
nosci nota evidentia nali. Ad id, quod in obiiciebatur
in illatis probatis, dicendum est, neque Angelum in statu
suæ creationis, neque nos per se nota reflexa nali cog-
noscere actus supnaturales esse supnales: scimus quidem, et
cognoscimus forte naliter, nos credere et amare

Deum. actus autem actus illi, quibus credimus, et amamus Deum: sunt supernales, non possumus naturaliter scire.
Sicut etiam, nos credere mysterium Trinitatis;
non tamen possumus naturaliter scire, an actus ille fidei sit
supernalis, sicut nec possumus naturaliter scire mysteri-
um ipsum Trinitatis. Daemon, licet non habet evidentiam
plus quam moralem sanctitatis gratiae sanctificantis, illa ha-
bet supernalem, concursum. s. a Deo in suum sui
cruciatum: quare aliqui cum S. Thom. apud
P. Suar. de fide disp. 6. sec. 9. volunt, ne eis adimi
damnatis fidem supernalem.

Ad 2um suppono, rationes non potentiis ipsis
sic cognosci, quam ut in se sunt. Cognoscuntur quoque,
seu cognosci dicuntur in sui rationis, seu per [illegible]
tam: sensus est, nullum actum esse tam verum,
et actualem cognoscendi rationem, nisi ratione dicti,
cuius ratione dicuntur. Praeterea suppono, sub-
sistentiam creatam in natura sua non esse quid positivum
superadditum naturae, sed potius esse, quod natura comple-
ta et totalis non sit unita alteri subsisti. Hinc est, quod
Daemon in natura humana Christi non habet ullam ra-
tionem subsistentiae, quam ut cognoscat: nam si aliquid
cognoscere deberet, esset ipsa unio hypostatica,
per quam subsistit in Verbo; et tamen unio haec est enti-
tative supernalis, non potest quidem naturaliter evidenter cog-
nosci nec in se, nec in ratio. sicque [illegible]
nitatur Daemon cognoscit naturam humanam
Christi, quasi non unitam Verbo, atque adeo quasi
subsistentem in se. Unde etiam ad 3um dicendum
est, Daemonem sola morali evidentia ex operibus et
miraculis Christi posse deducere illius Divinitatem. Ita

S. Thã q. 44. ar. 1. ad 2um ibi: Dæmones utpote miracu-
lis ex quadam suspicione coniecturavit, eum esse filium Dei.
Vide cum S. Thã S. Crisostomum, Ambro. Hiero. et
Bedam apud Pem Ripalt. de ente supernali dsp. 11. sec.
6. num. 30. et iterum S. Than. q. 16. de malo
ar. 6. ad 6um et q. 98. ar. 9. ubi docet, Dæmonem in
tendum decipi in supernalibus. Videatur Pr Ripalda ubi
supra et Pr Vernia dsp. 1. de Incarnat. sec. 3.

Nec mirum, quod hæc de Dæmone dicam,
cum de ipso Xpto D. 2um natem illiq cognitionem huma-
nam idem dicendum sit. Ita ut ad 4um asserimus,
nec ipsum Xphum D. potuisse sola scientia humana
nali cognoscere evidenter ipsius unionem hypostaticam,
aut se esse hypostatice Deum, et hoc emque
aliquo aliud sibi supernale 2um humanitatem innotescat
optime Pr Ripalda sec. 7. num. 39. Sed ulterius supernali, duct quo hæc Xptq D. soc solum nali
et solo illiq lumine physice quidem loquendo,
et inspecta potestate absoluta Dei, poterat sub
dubitatione, an puro hoi venire possent ora, quæ dele
soc nali comparerat: quod quidem nihil nouit in se notitia
naturali, quo potestate absoluta Dei puro hoi physice loquen
do repugnaret. Imo ad hoc iudicium nale, aut nali
dubitat. maxime ducerent nalium, quo perspicacia: nos
quo magis certi in infinitum eo facilius penetrat qualitatem, et re-
rum possibilitatem, aut impossibilitatem, reci quod dubitandi.
Ad 9um nego, non posse de obiecto connotative supernali fieri
demonstrationem: unde sicut habere per prius mittas, quarum
alia est nalis, in illo casu conclusio erit supernaturalis,
ad quam concurrat utraque pmissa, nalis, conclusio
supernalis evadet. Ad id, quod de 20 theica dicebatur, quis

pondendum est Christum Christi in multorum sacerdotalem,
de Aristotele etiam ethicam esse actum naturalem. Ad exempla
positum in illo syllogismo de unione hypostati-
ca, dicendum est minorem non esse evidentem, unde nec conclu-
sio evadit evidens. Nam multi sunt qui de utraque
praemissa dubitent, ut dicemus q. sequenti.

Ad 6. dicitur utrumque ponendum a nobis esse incredibili
in materia de Eucharistia: rectius inquam, concedendo antecedens
de evidentia credibilitatis, et negando consequentiam de evi-
dentia possibilitatis. Ad dictiones contra probationes concesso iterum
antecedente nego consequentiam. Ad cuius probationes dicendum est
quod non bene valet a quolibet opposito consequentis ad quodli-
bet oppositum antecedentis, ut docemus in Summulis; sed
solum ab opposito contradictorio consequentis ad contradicto-
rium antecedentis. At in argumento facta illatio ad oppositum
contrarium antecedentis, quae illatio nulla est. Ita quod haec est bona ar-
gumentatio: hoc est evidenter impossibile, ergo hoc est evidenter in-
credibile. Si ergo haec argumentatio bona est, bona etiam
erit illa, in qua ab opposito contrario, seu contradictorio consequentis
arguamus ad contradictorium antecedentis: contrarium vero consequentis
est, hoc est evidenter credibile, contradictorium vero eiusdem
consequentis erit, hoc non est evidenter incredibile. Si ergo quod-
libet istorum assumamus antecedens, postea inferre-
mus legitime contradictorium antecedentis primae argumentationis
in hunc modum: 1.o hoc est evidenter credibile, ergo non est
evidenter impossibile: 2.o etiam: hoc non est evidenter incre-
dibile, ergo non est evidenter impossibile. Numquam tamen legi-
time inferremus, ergo hoc est evidenter possibile, nam hoc
propositio est contraria huius, hoc est evidenter impossibile, quod in ultimo
quae inest ad bene unum evidentem a fortiori. bene
valet, dirigo a contrario, seu contradictorio consequentis ad contradictori-

um anti, concedo ad contrarium, nam et hic cotirum apertissima solutio. q. 4. an et qualis unio sit necessaria ad mysterium incarnationis. Sec. 1. unionem hypostaticam fuisse veram, et realem unionem fide sanctum est.

Q.° 4.

An, et qualis unio sit necessaria ad mysterium incarnationis?

Sec. 1.

Unionem hypostaticam fuisse veram, et realem unionem fide sanctum est.

Proposuimus q. 1 duos praecipuos errores de mysterio incarnationis: alterum videlicet Nestorii, duas in Christo personas adstruentis, alterum quae Eutychetis unam adstruentis naturam. itaque duplex error iterum, ac saepe refellendus; namque fere in toto catholico dicto hoc mysterio, et utrique, alter denuo se se nobis obiicit. Itaque constituimus in hac q. ubi de unione ipsa hypostatica loquendum nobis est. et licet in praesenti [illegible] mysterium, quatenus factum est, solid, quae maxime ad illud spectant, et positivum, multa tamen in dispertienda sunt, ut intelligamus, et quae esse est possibile, et quae necesse sit factum: nam si unio physica et realis, dicta quae a b [illegible] necessaria est ad mysterium incarnationis; cum ea certe physica et realis unione, a b [illegible] dicta, factum fuisse mysterium, dicendum erit. si autem illa factum fuisse dicunt, illam necessariam non esse, dicendum foret. Sed ante quam adversarias catholicorum opinionem in [illegible] descendamus, exponendum est id, quod fide catholica sanctum, firmumque nobis esse credit. est ergo fide certum, humanam Christi naturam fuisse cum D. Verbo realiter, et physice unitam in unitatem suppositi realiter,

ing.m ut nexus iste, et unio a Bumiane mere intentionali, seu morali, que per ea factum fit, eccernat.

Atque unionem hanc dici physicam potest, veram et realem, perspicue docet S. Cyrillus et cum illo duplex, altera Syno dus Alexandrina, et Ephesina in 3 anathematismo Nestorii, ejus defensione, et explicatione, ubi cum nexus istum vocasset physicam unionem, subiungunt PP. ... hoc est veram, ... intelligendum nobis est, quia vox ista hoc dicitur natura ab ... Expositio; cuius quidem in interpretatione naturalis causa, ... physicum, qua voce PP. Graeci uti... solet interpretari. Dicitur quo unio illa physica, et simplex, naturalis; ... supernaturalis ... et gratiosa sit humanitati, ... vera et realis unio est utriusque naturae in una Verbi Persona. hinc intelligere verba Cyrilli ... Nestorio ... in Synodo Alexandrina, et Ephesina. ... Cum in 2° anathematismo ... Christum esse verum Deum, et verum hominem, statim in 3° constituitur unio physica in hisce verbis: Si quis in uno Christo post unionem dividit hypostases, ipsas que ea tantum conjunctione inter se connectit, quae est secundum dignitatem, sive authoritatem, potestatem, et non potius ... quae est secundum naturalem unionem (Graece ... unionem physicam) anathema sit.

Et rursus in hujus anathematismi explicatione: atque ita unum esse filium intelligimus, quem admodum ... in nobis ... licet. Sunt sane alia, et corpus naturae diversae, at duo haec in

ter se iuncta unum constituunt. quod etiam expresso
statuit Ecclesia in Symbolo Atanasij: Sicut anima
ration. et caro unus est homo; ita Deus et homo unus est Christus.
quatenus bis dicerunt: physica unione interceden
te intelligimus ex Deo et humano esse unum filium
Dei Deum et hominem constitui: alioqui id non intellige
remus: sicut ex anima et corpore unum hominem, et unum
a[?] mediante unione physica constitutum intelligitis.
Quod tamen Cyrillo obiiciebant Nesthoriani, ut
constat ex illorum obiectione contra 3um anatematismum: Si
naturalis unitio est, ubinam est gratia? ubi Dei sacramentum?
naturae enim, ut edocti sumus, semel ab ordinante Deo
ordinatae, in manijs consequentijs currunt. Ret Cyrillus:
Sinalem unionem dixerimus veram intelligimus. Addu
cit quod illud ad Ephesios 2.° eramus natura filij irae; ubi, ut
ipse ait, illud natura idem est, quod vere. Sensus Cyrilli est,
quo sicut dicimus natura filij irae, licet peccatum, quo red
dimur filij irae non sit aliquid naturae debitum, sed ad naturam ipsam
humanam ex propria sensum explicas Dei ordinatione
se, quia vere et realiter sumus peccatores; ita unio illa dicitur
naturalis, quia vera et realis, hoc est, physica unio est. non
quod naturam ipsam humanam naturae subsequatur.

Hinc venit refellendus non solum Nesthoria
norum veterum error, sed etiam ineptissima audacia
sectarij cuiusdam, qui ut maiestatem Sacra
menti Eucharistiae deprimeret, Christi humanitatem ubi
que constituendam et ubique existentem iudicavit.
Quod ut assequeretur omnem naturae Divinae et humanae proprieta
tes confundens, non solum Verbum Dei omnipotens et immen
sum, sed etiam ipsam humanitatem in se omnipotentem
et immensam, et ubique existentem dixit ratione unionis

hypostaticæ. imo nullam aliam rationem unionis hy-
postaticæ admittit hæreticus, nisi hanc proprietatum
communicationem, seu potius confusionem, qua
cuius Divinitas tota cum suis attributis in huma-
nitatem effusa, transfusa dicatur. videantur
Schmidelini erroneus Ossiandro de maiestate
Christi in quibus confutatorijs ad impias huius sectarij
opiniones diiiciendas, et exponendas; Ubi nam-
que hæretici isti definiunt personalem unionem Christi
D. ut sit communicatio plenitudinis omnis Deitatis.
Plenitudinem autem Divinitatis vocat totius potentiæ
Dei 2.do energiam in Christum effusionem: ita ut ipse
extra ipsum nihil, sed in hoc, et per hoc omnia Christum
omnia in omnibus operetur. Et postea eandem Divinitatis
plenitudinem in Christo transfusam appellat quasi
statum maiestatis, gloriæ et potestatis Verbo. Item
humana in Christo natura, nimirum pro omnipotentia humanitatis
etiam omnipotentia: humana, inquam, natura tota
D.: ita Jacobus 19. ... explicat. et tractat idio-
matum, seu proprietatum communicationem unionem
hypostaticam definiendam, et exponendam do-
cet tractatu 24.

Equis non videt, quanto molimine hæreticus
iste ab uno in mille alios errores lapsus sit? nam
ut præsentiam realem Christi D. in Eucharistia persuade-
ret, ipse ex hæretico sacramentario factus est Ubi-
quitarius, humanitatem Christi D. ubique constituens,
quod quidem fuit confundere naturas D. et humanas
proprietates. qui error fuit Monotheletarum. Rursus
in discrimen naturam, et personam in Christo D. nam
ea omnia, quæ de persona Christi D. dicuntur, dicit
ea ...

etiam vult de natura humana, qua tamen assereret in
Christo natura, l. ex duratione, l. ex transfusione divi
nitatis in humanitatem, qui fuit Eutichetis error.
Errorem tandem sectarium hunc esse omnino germanum Nes
torianum, nemini dubium esse potest: cum nullam reali
tam Dei et hominis unionem in Christo agnoscat, sed eam
quae maiestatis, authoritatis, potestatisque, virtutis
seu energiae, communicatione, aut effusione effi
citur. qui quidem error praecipue spectat ad praesentem
propositum, et saepe condamnatus est in Nestorio ab Ephesi
na Synodo verbis et rationibus, et a Nobis saepius in
eadem Synodo, dum in 9 Synodo generali. qua
autem ratione intelligenda catholica Idiomatum,
seu proprietatum communicatio in Christo ob veram unio
nis hypostaticae, in Praedicem. 9. ut dicto hic adverten
dum iudicavi. Si sectarium hunc habet errorem ad
hunc esse Nestorio; quod negari asserit eam solam maiestatis,
aut operationis energiam, et nullo alio genere unioni
relativam adesse assertam tantum personis; quod neuti
quam ignorabat Nestorius; qui propterea duas in Christo
personas defensabat.

Sed ad alteram, et in suas ~~[illegible]~~ proprias ha
rent Sectarii, et se haereticos vocant. nam idem huma
pud catholicos est, unam in Christo personam non nisi
unionem veram, et realem effici, aut intelligi posse; quod au
tem sit haec realis unio, quae ad unitatem personae
requirit, nunc est nobis investigandum. Et quoad hunc
supponimus actionem, per quam factum est mysteri
um Incarnationis, fuisse a tota Trinitate: nam ut
theis docet ex SS. PP. 69 opera Trinitatis ad extra sunt
indivisa. Et licet actio illa, per quam hoc mysterium per

actiuum Deo, totius fuerit Trinitatis, non tamen tota Trinitas fuit incarnata; sed solo Verbum Dei. namque Verbum caro factum est. est autem solo Verbum incarnatum; quod solo Verbum est terminus unionis hypostaticae, ratione cuius assumpsit humanitatem. assumpsit autem hanc est ad se sumpsit. unde stat, hypostaticam unionem hypostaticam, licet sit per se inactas, quae totius sit Trinitatis; nam si nulla stacta distinct, non potest dici una persona potius incarnata. quare in dum esse, quod factum sit uiuilis actionis, ut uiuilis dicatur Deus Verbum incarnatum, aut quo modo se habeat Verbum in hoc mysterio, ut potius Verbum Dei formaliter est [illegible] dicatur assumpsisse naturam humanam. Vnde multa de unionis hypostaticae natura examinanda nobis remanent, et explanda. Sec. 2. unionem hypostaticam non esse influxum actiuum [illegible] Verbi in humanitatem.

Sec. 2.

Vnionem hypostaticam non esse influxum actiuum [illegible] Verbi in humanitatem.

Vt sari in re ista celebriorum examinamus positiones, hanc praemittendam putauimus, et examinandam putauimus, quod tamen ea bimembris est, in duas cuius partes dissecanda. Quod influxus apud Aristot. alius est actiuus, et alius materialis. influxus actiuus est qui causae efficientis tribui ducitur: influxus materialis est causae materialis, seu subiectiuae formarum, quae dependent ab illo, producuntur, et in illo sustentantur. Duplex ergo est in re praesenti dicendi modus: primus est de influxu actiuo. 2us de influxu materiali Verbi Dei ad humanitatem. De hoc 2o in sec. sequenti. quo ad primum attinet Carolus franciscus de Abra trac.

de incarnat. tract. 3. apud P. Vernal. disp. 11. sect. 4. tenendo 57
cet, 1.° dari influxum quem da m activum, prae
bitum per gratiam Verbi D. in humanitatem.
2.° in fluxum illum activum in eo consistere, quod Ver
bum D. effective reddat humanitatem a sub
sto independentem. 3.° in isto influxu consiste
re unionem hypostaticam; seu nullam aliam
unionem dari inter humanitatem et Verbum, ni
si hunc influxum activum, et effectivum, vicum Ver
bi in humanitati. Sa. Sequi mihi videtur plane de
sumpta ex alia, quam tradit P. Suar. de Sacrato Eu
charistiae, ubi admittit influxum quam da m activum,
seu effectivum, a Xpto D. in speciem sacralem, vi cuius
effective detrahuntur extra subiectum, et in hoc influxu
sistit unionem, quam admittit inter Xptum D. et speci-
es tamen unionem effectivam dicit, non unionem sa-
cralem admittit inter speciem et corpus Domini.

Q.° sit de illa unione sacrali, de qua nos
suo iam loco egimus, et ex qua forte suam hanc sen
tentiam regressi compactam concinnavit P. Vernal. cum ille
quadruplicitur mihi errorosa vi. 1.° quod nec est, propter rationes
dd. 2.° quod tribuit activitatem a destinatae perfectionis
simpliciter; quod inde competit omnibus personis D. perfectionibus; quod etiam
competit personalitati D. Verbi, quae hac sua activitate
reddat effective humanitatem a subsistentia independentem.
3.° quod neque alterius intelligi, quomodo Verbum ubi unita,
nec mutetur. 4.° quod realem animae unionem cum ma-
teria intimam praesentiam localem, sed dicit specialem influ-
xum activum ad materiam bene dispositam ad opera-
tiones humanas exercendas. Verum tota se
cundum singulas sui partes et ad omnes doctrinae huius A.

displicet mihi; nec illam rationem aliquam sustinendam
censeo. 1° quia displicet, quod influxum aliquem ac
humanitatem praeter eum Personae D. admittat, nec
Commune toti Trinitati. 2° displicet, quod influxus iste
D. Verbi in humanitatem dicatur in eo consis
tere, quod Verbum effective reddat humanitatem
a subiecto independentem. 3° tandem non placet,
quod in isto influxu ea ratione explicato constitutum
Hypostatica. Primam partes satis evincunt ea,
quae ad illam adducit P. M. Verra Moros relato ex
Sanctis Patribus et conciliis, ut probet, in mysterio in
carnationis actionem fuisse communem totae Tri
nitati.

Nam in primis Concilium Lateran. sub
Innocentio 3° relatum in cap. firmiter de summa Trinitate,
et fide catholica, cum tres Divinas Personas dixisset con
substantiales, et coaequales, coomnipotentes, et coaeternas,
unum universorum principium, creatorem omnium. mox
de Dei filio haec statuit: a tota Trinitate communiter
incarnatus, ex Maria semper virgine etc. quod autem
Dei filium a tota Trinitate esse incarnatum, ni
hil quod actio qua Verbum incarnatum est, fuerit toti
communis Trinitati. Similiter et Concil. Tolet.
11 ubi in 18 dicitur haec catholica, ... etiam illius
tingit ... incarnationem quia ... Dei filii
Dei tota Trinitas operata esse, credenda est; quia inse
parabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen filius
formam servi accepit in singularitate personae. Pro
eo conciliis loquuntur ad mentem SS. Patrum exponen
tium illud Ioannis 5. non potest filius a se facere quidquam ni
si quod viderit Patrem facientem; quaecumque enim ille fecerit,

hic et filius similiter facit. Ubi S. Aug. supra repetit, opera Trinitatis esse indivisa. addit vero et Aristot. non ideo dixisse Spiritum sanctum omnia quae Pater facit, et filius facit. sed etiam et similiter facit: ut sc. nos intelligeremus, non solum eadem facere, sed eodem prorsus modo, eadem actione, et concursu, nullum sibi proprium vindicando, ut exponit Pr. Vernat num. 36. = Unde restat, saltem illam, quoad priorem qui super stant, de speciali aliqua actiuitate, aut efficientia Personalitatum Divinarum, non esse praeter dicta Concillia, sed contra ipsa, et Sanctos Patres. et hinc patet ad primum, quod pro se A. ille dicebat.

Impugnatur 2.º doctrina illa de peculiari influxu effectivo D. Verbi in humanitatem, quatenus Divinis omnibus perfectionibus minimaliter ad extra operatiuam concedit singulis peculiarem. quia omnipotentia, ut est peculiariter attributum naturae Divinae est communis toti Trinitati, in tota latitudine, quia virtus activa Dei operandi ad extra, quae implicat, quod sit peculiare quoad attributum naturae Divinae toti Trinitati; et quod conveniat Personalitatibus 2. specialiter ratione illarum = Confirmatur 1.º quia sicut dicuntur Personalitatibus Divinis specialis virtus, vel activa, seu ductiva ad extra, quia sc. est perfectio sine imperfectione: illis etiam dici deberent simul sufficientes omnes perfectiones attributales: ita ut in singulis daretur aliqua specialissima, et amor, immo et specialis ipsa natura Divina, quod est prorsus evertere mysterium Trinitatis, ubi omnia sunt eadem, nisi ubi datur relationis oppositio. Confirmatur 2.º quia si praeter omnipotentiam communem datur in Personis, v.g. in filio, aliqua alia virtus agendi, ipsa et hic posset facere quod omnipotentia communis potest, vel non. si potest, ipsa etiam erit omnipotentia, dabunturque tres omnipotentiae, sicut et tres Personae dantur, erunt quia tres omnipotentes prater omnipotentiam relati

Ita dictat Q.^{cus} fidem catholicam in symbolo Athanasij. Si autem non potit, qq.^d omnipotentia omnis potest, sequitur non concedendum personalitati ratione perfectionem, et imperfect.^s nam potest qq.^d omnipotentia communis potest, perfectio sine imperfect.^e est, quae Deo convenit. Unde dictat ad 2.um quod probe asserebat huius doctus author.

Scio quidem Patrem Gran. 1. p. Theologia 12. trac. 9. dp. 7. num. 19. (ubi docet posse pro ratione non ponere, non ista essentia) dicere probabiliter, tunc ipsas personalitates fore spem; quae pro in deo ordine ita dicerentur: licet n. personalitas non sit activa, et alios effectus ad extra producere non potest; adhuc praestare potest concursum effectivum in genere spei. Quod etiam de attributis iisdem rationibus docuerat dp. 9. num. 14. ubi dicit non esse incommodum, quod attributa praestent concursum effectivum in ratione spei, dum modo non praestent alium generalem ad omnes effectus, qui pertinet omnipotentia. Haec doctrina Patris Gran. sua difficultate vacat. Quamvis enim Thei, licet tribuant Divinis personalitatibus, ut ab ista dictis, posse trahere unitionem sui creaturam; adhuc tamen non eis attribuunt specialem aliquem concursum effectivum in sui unitionem, sed illum totum omnipotentia relinquunt. Sed quidquid de hoc sit, impugnatur 1.° adhuc doctrina illa, quam insequimur, quoad 2.^m unionis positionem: quia non potest intelligi, quare Verbum Divinum effective reddat humanitatem a subiecto independentem, ut hac ratione dicatur Verbum peculiariter influere in humanitatem, et illi uniri: nam etiam humanitas Petri, in qua non influit peculiariter Verbum, est a subiecto independens: hoc autem, effective habet ab omnipotentia, sicut specialiter ratione sui: ergo similiter dicendum erit in humanitate Christi D. Et hinc impugnatur 2.° eadem doctrina, quo

ad 2.m et 3.m: nam sicut humanitas Xpi ab omnipotentia Dei reddi
potuit effectiue independens a subiecto, adhuc tamen
non diceretur unita omnipotentiae: ergo quamuis humanitas Xpi D. redde
retur effectiue independens a subiecto, influxu illo pecu
liari Verbi D. non satis esset, ut diceretur formaliter unita
Verbo D.

Et ratio a priori est: quia uniri formaliter unum
cum alio ad constituendum in ratione aliquid unum cum
illo per se, non potest per hoc, quod aliquid agere erga illud; ergo Ver
bum uniri humanitati formaliter, et cum ea constituere in
hoc Xphum D. non exit per hoc, quod Verbum D. aliquid agat
erga humanitatem. Unde optime locutus uidetur P. Suar.
qui cum in Eucharistia nullum aliud genus unionis recede
ret inter Xphum D. et species sacramentales, nisi illam efficien
tiam peculiarem, et effectiuam sustentationem
accidentium sine subiecto, eam non dixit unionem formalem,
sed unionem tantum effectiuam, ratione cuius non fit unum
formaliter: nam ut fiat unum formaliter, necessaria est formalis
unio; fit tandem in eo illud dicendi quoad omnes
illius formas impugnatur: nam de illo influxu actiuo Verbi
in humanitatem, rogo quid sit hic illius, seu quid agat
Verbum, aut producat medio illo? Si nihil, est influxus
chimericus, nempe influxus sine ullo effectu formali effectiui.
Si aliquid, rogo quid illud sit? nam, vel solam humani
tatem producit, vel aliquid etiam aliud, quo referatur specia
liter Verbum; si 1.m solam humanitatem Verbum produ
cit, illam etiam aliae Personae D. producunt, nec ta
men dicitur unita aliis Personis: ergo ut specialiter dicatur
unita Verbo, produci debebit cum modo aliquo, ratione cuius specia
liter referatur ad Verbum: modus qui in re erit unio formalis siue
a solo Verbo, siue, ut par est, a tota Trinitate producatur: ergo

n illeinfluxus Verbi, siue aliquid eo influxu producetur ex tum modo formali. Alio ideo impugnare, quod A. ille adducebat de influxu causae realis in naturam, qui non in completiam est, sicut esset influxus iste Verbi in humanitatem in ordine ad theologiam. Sec. 3. Consistere unionem hypostaticam in influxu, quasi materiali proprio D. Verbi.

Sec. 3.

Non consistere unionem hypostaticam in influxu quasi materiali proprio D. Verbi.

Post influxum illum actiuum proprium D. Verbi in humanitatem, ad influxum aliquem materialem, aut quasi materialem deuenimus, quem idem liberum perfectionibus concedit P. Guadingus D. Verbo in humanitatem, ut in illo, et non in modo alio unionem hypostaticam constituat. Ipse disp. 4. de incarnat. dub. 3. §. 2. aliqua praemittit de influxu physico materiae in formas corporeas; quem uerum influxum dicit proprium, et immediatum in eiusmodi formae; materiae quidem proprium, et toto genere diuersum a modo influendi causae efficientis. distinguit autem unum influxum ab alio primo quod influxus causae efficientis ex se importet intimam praesentiam, seu penetrationem cum passo; adeo inquit, ut ex omnipotentia Dei, aut creatura creaturam ibi essentialiter infra ....., immensitas, aut intima praesentia ad causas, quod ad summum quasi quaedam propinquitas. 2.º distinguit unum influxum ab alio penes hoc, quod causa efficiens est extra effectum, quem causat; imo ita debet esse effectum, ut possit ex modo suo operandi non petat cum hoc effectu materiali unum componere. causa uero materialis ita petit causare intus, ut ad suam causalitatem supponat intimam

mam, et existentiam suam, et hoc, inquit, est quasi sustenta-
re suam, illam in suo gremio complexam detinere,
ne cadat in nihil.

3º et principaliter, influxus causae materialis est ad
componendum, ita ut in ipso recepta sustentationis
materialis includat unio. sustentare enim materialiter
est unire sibi formam, influendo causalitate sua recipiendo et
faciendo cum ea compositum. hic autem influxus
materiae non potest ab illa exhiberi, nisi causa efficiente simul
dante influxum; quo tamen influxu necesse est infimam, [illegible]
ut mixtum sit causae efficientis influxus, quae simultanea in-
fluit: unde si Deus nollet materiam influere in naturam
causatam, non posset ipsa formam recipere, aut retinere in eodem [illegible]
[illegible], influxum retineret et duplici actu id efficeret,
quod deest ex parte materiae. his fundamentis praeiactis duo docet
[illegible] Guad. [illegible] 3, 1º esse dari in Verbo ad humanitatem peculia-
rem influxum sustentativum, et similem Bolerophtis
[illegible] quam esse Sabbatum audiendi; aut materiae quae in se
illam existenti; 2º esse, unionem hypostaticam differre in eius
hoc influxu sustentativo, et quasi materiali. quod hic, inquit,
inveniuntur intima extremorum unita, ut constet
Dei immensitatem, per ex peculiari modo influendi
sustentationem. Caeterum quaestiones non sunt, quod nihil
fingendi absurdi, et quo clarius explicatoria, quae in hoc
[illegible] dicuntur de humanitate et Verbo D. [illegible]
[illegible] 69

Sed praecedenti doctrinae neutrum mihi placuit [illegible]
[illegible]. Non ideo influxu illo quasi materiali a Verbo ad
humanitatem. nam 1º, [illegible] admisso illo influxu
superaddenda unio formalis, non in illo potest unio forma-
liter consistere, [illegible] supponere debet unionem, [illegible]
sane. Itaque ut ab initio inciperem, fundamentum illud philoso-

phicum de influxu physico materiae in formas appareat,
et subtilius qu. in accidentia, quo fundato stravit
tota haec theorica doctrina, quae rejectam diu, et numquam
e, et fere ab omnibus stantibus nunc philosophis revicitur,
cum calititatem materiae, et formarum eductionem exa
minant. Idcirco te in praesentiarum tibi observandum
fuit, quod si influxus ille, licet causae materialis dicatur,
non sit proximum etiam causae efficientis, quasi omnino in
telligibilis est. Itaque id facile intelligitur, quare licet
non una et eadem causa agat simul et recipiat,
quare non eadem manens et agit simul, et recipit.
Si ergo hac ratione dicatur, aut explicare influxum causae
materialis in formas, ita ut causa materialis esset causa passiva
bilis efficiens cum causa efficiente physica, dando esse effec
tui, quem simul reciperet, optime posset intelligi in
fluxus causae materialis, et plane is esset influxus qui effec
tivus, coniunctus tamen cum receptivo, nihil deducti. In
de non differret ab influxu causae efficientis physicae nisi ra
tione receptionis. et hac ratione mediante, facillime
nostra principia explicari, et defendi influxum phy
sicum causae materialis in formas.

Haec dixerim, non quod influxum illum physi
cum admittam, maxime si effectivus dicatur,
sed ut appareat, quomodo quis possit explicare, nimirum dico
tivus effectivus simul et receptivus, qui datur materiali.
Ut ergo ad theoricam difficultatem accedamus, in dein
fferentia id quod in mysterio Incarnationis fugiendum erat
s. quod Verbum D. extiterit aut praestare potuerit, influ
xum aliquem effectivum in humanitatem, tibi ipsi
ium et personatum inferat autem ex ratione dicitur: non
si materialis ille influxus explicari non potest, nisi effectivus
dicat, non poterit etiam in Verbo D. intelligi nisi dicat

extra in effectivum, quia tamen influxus ille effectivus
qui Verbi denominat ad dicta rac. praecedentibus tan
dem influxus ille Verbi substantialium aut quasi ma
terialiter dicat denominatione. In quo quidem non placet
P. Giraldi [illegible] 4. num. 9. ubi sese rebellat in propriam
sententiam primum a nobis impugnatam, cum enim non dub
itare, quod influxus sit diversus, adhuc ut operatio Trinita
tis est indivisa, dum modo operis, seu effectus est idem a
tota Trinitate. Unde concludit actio, quae identificata effec
tui et ipse effectus est tot quod est a Filio; tamen tam damus
modum influendi, vel producendi effectum Filio, quem
non damus Patri. Certum illum influendi pro ratione Filii,
modum dicit producendi effectum, qui quidem cum effecti
entis est proprius. Atqui dato neganto casu quare influxus
ille personalitatis Filii in humanitatem [illegible] fa
cit, ut ipse ait, quod mixtus sit influxus proprius, quod sit in Verbo ra
tione mei humanitatis, nisi influxus ille personalis Filii
in humanitatem eiusdem rationis sit cum influxu proprio:
nam si diversus rationis sit, quare non poterit suppleri alio
quam in proprio influxu? quod docet ad ultimum, personalis
fundamentis proprio [illegible] sunt modi in verbo dicendi in singulis rela
tionis Trinitatis, quod est absurdum.

Impugnatur adhuc 2o P. Giraldus, quod substan
tialis humanitas denudari potest imperfectionibus, vel non potest: si non
posset imperfectionibus denudari, non esset coniuncta Verbo Divino con
cedi. Si autem imperfectionibus denudetur, rogo quod attribuimus
in Verbo Divino, nam vel, inquit, quod per esse sit terminus unionis, vel quia
nihil influxus aliquis erga humanitatem: si autem termina
tur, at influxus aliquis denudatus imperfectionibus materi
alis erit activus, seu effectivus, nam vel erit influxus
proprius passivus, vel proprius activus: non proprius passivus, quod activus: si tamen

dicat, et influxum proprie partis denio datum in sufficit. gra pro partis. id ego intelligerem non possum,

nisi relabamur, ut dixi, in influxum efficientem,

et propriam eius materiae. Impugnat secundo sic dicendi

modus: quia ex illo seq. quod aia rationalis Christi est

corpus, sed ma. illi significant in Verbo causam materialem,

cum haec dependentiam a mabilitate

quod a causa materiali, et hoc est falsum. Probatur assumptum

de seq. Imago quod sequeretur inde, quod producens

est consequenter aia rationalis Christi. est terminatio ulti

ma, non per modalitatem, sed per generationem, quae

necessario quia ista rationis est terminatur, quod est

absurdum. Videtur P. Guadingus sequelam con

cedere, quod absurdum non reputat, eam n. num. 61.

Reddit passive sumptum quod sua spiritualis actio a subiecto dependeat. Sicut n., inquit, est actualitas, ut postulat dependere a subiecto. ita quia non destruit, quia facit naturaliter dependere. quod Virgo genitrix liberrima est a subsistentia

Christi, non a sola sua propria, sed etiam a Personalitate

de Verbi per participationem influxum dependere. Sicut cum influxus iste diceretur eo ingenerans

materialiter, dx aia Christi de facto genita, quod nemo non

putabit absurdum. Tandem

Tandem quod influxus ille materialis aut quasi materialis sibi ipsum est hypostatica, impugnandum etiam est, nam influxus iste, ut praecisse influxus, sed modo dicit recipere humanitatem in ordine ad dandum illi esse. Recipere humanitatem

sed in ordine ad dandum illi esse, non est illi praeliberum

quod influxus ille non dicit unionem praecise. unionem, et

sa maa in suo fraesum, et specialiter in D. Verbo in

humanitatis. Tertio quia influxus ipse magis intrinsecus quam unio magis est Aff. nam, ut supponitur, unio intima, ut dictio ad malem influxum unamquamque ipsa est effectus ipsius influxus etiam ... sicut etiam ... effectus influxus effectivi. 2º spacia ... nam rogo quid spacia ... influxus ... quatenus ... dictus a ... influxu ... influxus ... ad dandum ei humanitati ... ad dandum illi esse in Verbo, quod etiam de influxu ... dicendum est. ... nam hoc quod est humanitatem esse in Verbo, ... dicit aliquid ... humanitatem ... similitudinem ... humanitatem ... humanitas ... esse humanitatem esse in Verbo. Si autem humanitatem esse in Verbo dicit aliquid aliud praeter hoc, quod est humanitatem ... unionem, quae etiam ... effectus influxus illius. Denique ... S. Thomam in hoc mysterio unionis hypostaticae ... humanitatis ad Verbum, ... Verbi ad humanitatem: hic autem dicendum est ... Sect. 4. actionem ipsam productivam humanitatis non esse unionem formalem illius cum Verbo.

Sect. 4.

Scotus. Hanc etiam propositionem amplectitur Delgadillo cap. 17.
difficultate unica dub. 8. dico 3. et Pichon Meri
nero disp. 1. cap. 5. sec. 1. dico 2. num. 9. 2o sententia Mari
um bio docet, scilicet Christum Dominum etiam in quantum hominem non
esse filium dei adoptivum, naturalem. Haec est Magistri, S. Ab.
thi, communiter Scotistarum, et aliorum etiam DD. Videa
tur Pater Suarez disp. 49. sec. 2. et Pater Vaz. disp. 89. cap. 6.
His accedit ex Scotistis Faber disp. 23. num. 19. Vbi dicit
oppositum etiam docet, idem de fide.
3o sententia media est inter has, et defendit Christum Dominum
ut hominem seu ratione humanitatis, etiamsi impossibile
personalitatis ipsa Verbi Dei, neque esse filium naturalem, neque
adoptivum Dei. Ita Pontius Scotista disp. 38. q. 3. dico
3. et 4. et Aerniz Pater Vernal disp. 65. sec. 1. et
disp. 66. sec. 2. Si vero inquiras, cur ab his DD. petatur
aliquam aliam rationem Christus Dominus in quantum homo sit filius Dei, nihil
xit Pontius. Pater vero Vernal dicit, esse filium Dei proprium seu
non alienum, aut extraneum: quam quidem filiationem proximo
mediam dicit inter filiationem adoptivam et naturalem. Ita
ac mox exponit disp. 66. sec. 1. § 4. et Aiterus sec. 3. § 2. qui
bus in locis docet, Christum Dominum ratione humanitatis, seu in quantum
hominem esse filium Dei, sicut est homo, vel Angelus ratione creatio
nis; quia videlicet humanitas illa ab eo creata est, esse non
proprium Dei, quod subsistit, et physice Deo unitus est in quantum
homo, seu quantum humanitas illa Deo unita est, itaque
distinguit in Christo Domino duas rationes, unam filii, alteram proprii:
quas quidem firmiter tenet, esse realiter distinctas: nam

prior, in qua est eiusdem rationis in Xpto ac ceteris hominibus, se
cundum totam humanitatem acceptis, ut patet de
teri in ipsa mente terra humanitatis a Deo producta. pos
terior autem est gratia solius Xpti quae humanitatem comu
nicavit in unione hypostatica: sicut enim per illam cum
Deo unitate physice coniungit, ita per ipsam reddit Dei filii
Verbi [illegible] proprietatis aeternal.

Restant praecipue sententiae. Quoniam enim, qui filius est alicuius
filius est, sive ille adoptivus sit, sive naturalis, alicuius, ideo qui
docent Xptum Dominum in quantum hominem esse filium Dei ad
versus quaerunt, an sit dicendus eorum filius solius Trinitatis,
an unius cuiusdam tantum divinarum personarum. Referrent filium ad
totam Trinitatem docet P. Suarez disp. 49. sec. 2. §. 6. ratio
nem et sequentibus. P. Vasquez disp. 89. cap. 14. num. 85. Gas.
Hurt. disp. 17. difficultate 3. §. 2. deducit. P. P. Hurt.
disp. 83. sec. 6. subsec. 2. Arr. disp. 49. sec. 2. Patres Tex
Arnal disp. 66. sec. 3. §. 2. apud quem Durandus opusculo 13.
de ingenuitate Xpti disp. 2. dub. 9. et Vecanus cap. 18. q.
19. num. 8. quibus accedunt illi, qui probabile putant,
Xptum Dominum secundum humanitatem esse filium adoptivum
Dei: hanc enim adoptionem praedicant, aut solius Trini. adhuc
credunt, licet Duran. dixerit illum filium adoptivum esse
[illegible] Spiritus Sancti, aut solius Trinitatis. Secundo tandem alii tendunt
Xptum Dominum etiam in quantum hominem esse filium naturalem
Dei, quia Persona solius [illegible]. Ita Card. de Lug.
disp. 31. sec. 3. num. 1. Aldere. disp. 89. sec. 2. et sec. 3.
P. P. Amicus disp. 29. sec. 2. num. 37. apud quem Alen.
S. Thom. Caietanus, Medi. Albertus Magnus, Bonab.
Ricardus, Capreolus, Maior, Gabriel Vasquez, P. Gran.
1. p. tom. 3. trac. 1. disp. 9. sec. 9. fine. Accedunt Ioannes
a S. Thoma disp. 19. ar. 9. difficultate 2. num. 37. et Sauden

hic tom. 2. tract. 1. disp. 4. dub. 2. sect. 5. apud quem Aluarez, Rafael Riuera, Araujo et Argentina;
Sit ergo 1a pro. Absolute dum est Xptum D. in qtum hoem non ee filium adoptiuum Dei Aliud dici D. relatio nem dumt, propt. hanc ut iacet, cum sua etiam reduplicat. aut limitat. definitiq. ee in Concillio Francofordiensi, et approbat. Adriani Pontificis. Verum quod ad nos attinet, ut a ce[...] uini abstineamq; probo authoritate eiusdem Concillij et Adriani Pontificis, quorum etiam verba hinc inde sunt exhibienda. Sic Adrianus Pontifex in eo Concillio in sigt. columna 2a: adoptiuus eum est Adoptiuum fili; fuerit quasi alienus aliquando a patre fuerit aut forte carnis extraneus ab eo factus esset assumpt. Et ipsum Concillium idem in sacro syllabo columna 5. insigt. proprio adoptiuus dici non pot nisi is qui alienus est ab eo a quo dicitur adoptatus. Idem in epistola column. 12. Vnitas personae quae est in Dei filio, et filio Virginis adoptionis tollit iniuriam. His testimonijs ita ratio constat. filius adoptiuus est extraneus et alienus adoptanti; sed Xptus D. etiam ut homo non est extraneus, vel alienus adoptanti Deo: ergo Xptus D. etiam ut homo non est filius adoptiuus Dei. Minor constat a conci. ex dictis a nobis de adoptionis natura. Similiter Demum ex mysterio ipso incarnationis etiam supponit: nam homo ille non est extraneus Deo. (cum homo ille dicat naturam humanam physice et realiter Deo unitam) sed Xptus D. in quantum homo est homo ille: ergo Xptus D. in quantum homo non est extraneus Deo.
2o Probatur ex eodem Concillio in sacro syllabo columna 7. omnis nomen adoptio ex affectione ducit uocabuli sui originem; quam ethymologiae eius nemo videat habere similitudinis horum. Habet namque exutra proprie aduerbium utinam elegant

insitum, ut si dicas, ubi nam mittitur in filium est. Hoc ex
incepi. Colum. 16. quid est adoptio, nisi charitatis copulla-
tio, qua pater adoptans copullat filium, quem genitus
non habet. Hinc ratio ista eamus: filius adoptivus solo affectu
seu amoris copullatione coniungitur adoptanti, et dicitur
eius filius: sed Christus D. ut homo non solo affectu, aut sola amo-
ris copullatione coniungitur Deo, dicitur eius filius: ergo Christus
D. ut homo non est filius adoptivus Dei. 3º Concilii verbis etiam in
sacro syllabo colum. 7. hoc ideo posuimus, ut patenter
det intelligi, eum dici adoptivum, qui in dum prius fuerat
non filius adoptantis. Unde in Dei filio non cadit nomen adoptio-
nis, quia semper verus filius, semper Dominus: at post hoc et post assum-
ptum hominem Dei filii vocabulum non amisit, qui nunquam verus desiit
esse filius. Et versus columna 8. adoptivus dici non potest nisi is qui
prius alienus est ab eo a quo adoptari desiderat. His satis [illegible]
ratio: omnis filius adoptivus, ante quam adoptetur, aliqua
prioritate est alienus ab adoptante: sed Christus D. etiam ut
homo nulla prioritate est alienus ab adoptante Deo: ergo Christus D.
etiam ut homo, non est filius adoptivus Dei.

Verum dices ex Scoto, Christum D. ut hominem, seu
humanitatem extitisse prius natura quam uniretur Verbo
D., satis esse prioritatem hanc ad filiationem adoptivam:
quod patet in Angelis, et in Deipara, qui gratiam habuerunt
et adoptivam filiationem Dei in instanti productionis ad extra
[illegible] prime facto, filiatio adoptiva
[illegible] supposito: unde licet natura humana
Christi D. respicere desiderata extiterit prius natura quam uni-
retur supposito, tamen ex natura illa, et personalitate Verbi
D. [illegible] prius natura, nam media ipsa unione natura hu-
mana [illegible] personalitate facta est suppositum. Unde ex natura
humana et personalitate Verbi. Valde distat disparitas.

nam Angeli, et Deipara ante adoptionem, licet non prio-
ritate temporis, tamen prioritate naturae extiterunt, sive
in signo naturae, sive in aliqua suppositione: potuitque suppositum illud
[illegible] Angeli, [illegible] Deipara a Deo alienum, et extraneum
adoptari in posteriori naturae, seu in sequenti signo. Dices 2°
et a priori ex principiis philosophicis de prioritate naturae: [illegible]
non sic Christus Dominus ut homo, eo quod dicit suppositum ex natura hu-
mana, et Dei personalitate, et etiam humanitas fuit
simul natura cum ipsius assumptione, nulla prioritate, neque
temporis neque naturae fuit humanitas, ut posset adoptari,
et reputari aliena. Respondeo [illegible] ad prioritatem naturae suf-
ficit, quod effectus [illegible] potuerit dari sine aliquo alio,
requiri [illegible] effectus existens productionis dam positis illo; ut
patet in igne producto ab igne a: nam calor ignis b
natura posterior est igne a quatenus existens productionis da-
ri non potest ante ignem a: sic humanitas est producta si-
mul et unita ab extrinseco unius actionis, nullo modo potest intelli-
gi ut producta ex vi suae actionis, quin intelligatur ut unita:
quia ut producta non est prior natura quam ut unita. Sec. 3. difficul-
tates aliquas in [illegible] elevat.

Sec. 3.

Dificultates aliquas in 3a [illegible] eleuat.

1a difficultas est, quia videtur contraria decisioni Patrum, Pon-
tificum adducendorum, aut Concilii. Francofordiensis. [illegible] namque
non est sermo de Christo Domino cum reduplicatione aut limitatione
in quantum homo, seu secundum humanitatem, sed de Christo Domino
absolute loquendo, et sic illa [illegible] aut reduplicatione.
Atque potest esse vera propositio cum reduplicatione, quae falsa est sine redu-
plicatione; igitur falsum sit id, quod a Concilio damnatur, scilicet Christum
Dominum absolute loquendo esse filium adoptivum Dei, poterit
esse verum id, quod non damnat Concilium, scilicet cum reduplicatione in

secundum hominem seu ratione humanitatem est filius adopti-
vus. Confirmatur 1º quia nomen substantivum licet id significent de Christo
Domino absolute loquendo, non tamen id videntur significare de
Christo Domino ratione humanitatem praecise, seu de Christo Domino ratione
quod homo est. Nam humanitas eius aliena et extranea
a Deo est, cuius sit quippe creatura et non eiusdem naturae, aut naturae
cum Deo: ergo potest dici Christus Dominus ut homo, seu ratione huma-
nitatem extraneus et alienus a Deo: ergo et filius adopti-
vus Dei in quantum homo, seu ratione humanitatem. Confirmatur 2º
quia non ipsa humana natura adoptata a Deo: ergo etiam
non potest fieri Christus Dominus ratione humanitatem dici adoptatus.
Antecedens patet ex Hilario 2º de Trinitate: post medium ibi: non
potestati dignitas non amittitur, dum carnis humilitas
adoptatur.

Resolutio. Id in primis dicimus quod Concilium Adri-
anumque Pontificem non loqui specificative, et per commu-
nicationem idiomatum loqui de Christo Domino, quando asserunt
illum non esse filium adoptivum, sed etiam loqui reduplicative et ratione humanitatem. Nam Adrianus ipse Ponti-
fex adduxit illa verba quae habentur apud Mattheum, hic est
filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: et illa ex-
plicat et commentatur. Animadvertite quod nihil ambiguitatis
tantum ratione Divinitatem tandem non credatis dixisse quod
hic est filius meus dilectus quod filius ratione humanitatem. Et idem
ex illo Pauli ad Romanos 8º qui proprio suo filio non pepercit,
sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sic arguit Pontifex: scimus
non quod non est tradita ratione Divinitatem sed ratione id quod [illegible]. Add-
id quod dicebatur de reduplicativa, ut satis explicatum a nobis 5º
d. 9. sec. 5. ibi diximus reduplicativam esse, in qua fit
reduplicatio sed physicam [illegible] vel metaphysicam, praeter
[illegible] duplicitur. 1º quia designat causam seu rationem formalem, in quo

casu non pot reduplicativa affirmativa e vera, qui est iam vera
sit non reduplicativa, ut 2do dicimus, ex autho exoaltis. 2o modo
sumitur reduplicatio, qdo non reddit causam, sed limitat, restrin
git quepiam rationem, ut non absolute, sed cum illa limitat. vera
sit. in quo casu poterit ee vera propo reduplicativa, cum ta
men sit falsa non reduplicativa affirmativa. ut 2do dicimus ho
2a aiam rationalem e immortalis. Ex his

Ex his infertur in nullo sensu ee veram hanc
propo Xptus in qm hum. ho, seu 2a humanitatem e filius
adoptivus. non in 1o: qa sensus illius esset, Xptus e filius adop
tivus Dei, et ratio qo iste, seu qa hét humanitatem: id
utrumque e falsum. in 2o sensu falsa etiam e, qa p hoc,
qd e, ee filium, vel adoptivum, realem non e pa
tium naturae, sed suppositi: unde sensus esset, Xptus D. e filius ado
ptivus 2a humanitatem, id e, humanitas Xpti D. e filia
adoptiva, qd e falsum. Dices: licet non sit filia adopti
va humanitas, erit tamen adoptata; qd sufficit ut
Xptus D. dicatur filius adoptivus 2a humanitatem; sic
siquidem. sed vie e filius Dei, sed adoptivus 2a humani
tatem, qa hec et aliena a Deo, et adoptata. Sed ad hoc
dico neqs. naturam humanam Xpti D. dici debere adop
tivam, neque adoptatam: qa humanitas neque fuit
aliqdo, neque modo e extranea Deo; nam licet distincta
a Deo sit, non tamen e illi extranea; cum facta fuerit re
alis communicatio, et physica unio inter utrumque.
Itaque id, qd adoptatur, alienum e et extraneum ado
ptanti, et manet adhuc alienum, et extraneum physice
post adoptionem. Ad testimonium Hilarii, q. 13. 2d
ficia d ducit multi circa nfecerunt solutiones. Ig?ru
exhortamen nui det illa, sed adhibet S. Veranat, qui le
gendum putat adaptat; cum allusione ad illud Sti

Ad Hebraeos de Christo loquentis. Corruptantem ad ap-
dastimenti:

2.º difficultas desumitur ex eo, quod sicut in alia gratia quam habet
Christus D. ut homo, est ejusdem rationis specificae cum nostra: sed haec
est adoptio, seu filiatio adoptiva, per quam constituimur nos
filii adoptivos Dei: ergo est illa quae in Christo D. est, etiam est
ejus adoptio, seu filiatio adoptiva, constituetque Christum D. fi-
lium Dei adoptivum. Et confirmatur ex Irenaeo lib. 3. contra haereses
cap. 21. ibi: Propter hoc enim Verbum Dei homo, et qui filius Dei
est, filius hominis factus est, commixtus Verbo Dei, ut adoptionem
percipiens fiat filius Dei. Et ad argumentum cum P. Vas-
quez, Hurtado et aliis, gratiam habitualem per se tantum dicere adop-
tionem, seu filiationem adoptivam Dei, secundum cum ratione
unionis physicae cum Deo. Et ratio est ex dictis: nam filia-
tio adoptiva esse non potest, nisi persona sit extranea. at sidet
unio realis et physica naturae humanae cum Deo, persona in-
de resultans non est Deo extranea: ergo non erit filiatio adopti-
va, si detur unio realis, et physica naturae humanae cum Deo.
Itaque sicut sanctitas increata essentialis Dei, illique
essentialis, non habet ad filiationem Dei in persona Spiritus
Sancti, quamvis sit quodammodo sanctitatem
increatam, ideoque essentialem et naturalem, nec tamen est filius
Dei, vel naturalis, vel adoptivus. ita nec sanctitas creata
et naturalis in humanitate habitualis per se tota ad filiationem
Dei adoptivam: sed requirit ex parte humanitatis, quod ista constituat
personam extraneam Deo; et ex parte Dei requirit, quod de facto
liberum actu admittentis liberamque in curam paternam.
Addo, quod ex Irenaeo adducunt, ut Ferdinandus,
et ex eo P. Vasquez, supponendum verba illa, adoptionem percipi-
ens, referri ad ipsum Christum D., imo vero tamen non unicum Do-
minum dicunt. Sed neminem tanta adimpleri eius gratiam

P. ipsius verba melius sane exit P. Suar. disp. 49. sec. 2. §. dum
tamen, et ex illo P. Vernal disp. 65. sec. 2. num. 12. ver
ba ejus non ad Xphum, sed ad quemlibet alium purum hominem re
ferri; ita ut sensus S. Irenei sit, eo fine Verbum Dei factum esse
hominem, filiumque Dei factum esse filium hominis, ut quilibet ali
us homo, qui Verbum ipsum, ejusque doctrinam admittens, et adop
tionem recipiens, fiat filius Dei. Hanc interpretat. illustrat,
et satis bene P. ipse Vernal ex ipso Irenei contextu, et ex grae
cis Irenei verbis apud Theodoretum dialogo 1. quae sic verbo
dat ex graeco dict. Ad hunc enim finem Verbum factus est homo,
ut homo Verbum admittens, adoptionemque recipiens,
Dei filius efficiatur. Ubi allusio fieri videtur ad illud Joannis 1.º
quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem fili-
os Dei fieri. Et ut haec plenius intelligere possitis, ut inquit
aliam monebat Hordalius, Vos ex plantaria graeca nostra natu
rali manu, vel sale divina.

3. dicitur, quod Xphus D. ut homo est pie servus Dei, ergo
poterit ut homo, esse filius adoptivus Dei. Ratio: quia majoris dignita
tis est esse filium adoptivum, quam esse servum: ergo qui potuit secundum
humanitatem esse servus, poterit etiam secundum humanitatem
esse filius adoptivus. Ad hanc difficultatem sunt qui
negent antecedens cum P. Vasq. disp. 90, cui demonstrant adstri
bunt Torres, et Hurt. Complutenses. Accedunt Vico
rius cap. 16. q. 2. num. 10. Cardi. de Lug. disp. 28. sec.
3. et 4. P. Hurt. disp. 68. sec. 2. §. 7. cum aliis, quibus vide
tur, eodem modo declaratum esse in Conci. Fran. Fordi: Xphus
D. etiam qua hominem, seu secundum humanitatem, non esse servum
Dei, atque declaratum esse, non esse filium adoptivum. Deducunt alii
antecedens cum S. Thoma q. 20. ar. 1. ad 2um, et q. 23. ar. 4. ad 3um
Ita P. Suar. disp. 44. Valencia disp. 1. q. 20. puncto unico
§. ex quo hinc. Ragusa tom. 2 disp. 26. apud P. Vernal

disp. 98. sec. 2. cum aliis. Possemus itaque nunc an[illegible] [illegible] adhuc omissa [illegible] [illegible] da [illegible]. Et ratio disparitatis desumitur ex eo, quod ratio servi [illegible] Dei sit dicat rationem creationis, at ratio [illegible] filii dicit etiam extraneitatem personae: et ita Christus D. in quantum homo, seu secundum humanitatem servus Dei, subiectus que Deo, sicut et minor Patre secundum humanitatem; [illegible] secundum humanitatem est creatus, seu quod ipsa humanitas est creata; at non dicitur etiam secundum humanitatem filius adoptivus; quia nec ipsa humanitas, nec suppositum ex illa [illegible], extraneum est Deo, ut requiritur ad adoptionem. Sec. 4. Christum D. in quantum hominem esse filium naturalem Dei, et non adoptivum.

Sec. 4.
Christum D. in quantum hominem esse filium naturalem Dei, et non adoptivum.

Haec [illegible] quoad 1.am partem [illegible] communis, et apud [illegible], et apud nostrates [illegible], quoad 2.am vero exprimitur ad [illegible]. Alexander, et a [illegible] [illegible] [illegible] Vernal, quis diximen da [illegible] sententiis, licet nemo tam eruditissime indagaverit, novum que, ut sibi videtur, dicendi modum in scholas induxerit, [illegible] tamen illum satis probare non potuit. Itaque [illegible] ut ex ipso mentem illius deformamus disp. 66. sec. 1. [illegible] 4. num. 33. docet, si [illegible] idem, esse filium alicuius proprium, et esse filium eius naturalem: [illegible] filius naturalis semper sit [illegible]; non tamen e converso necesse est, ut filius [illegible] alicuius sit semper eius [illegible] filius naturalis. Postea Christum filium hunc proprium, qui naturalis non sit, nec vero adoptivus, illum vocat assumptivum; qui videlicet naturalis, nec adoptione, sed assumptione filius [illegible]. Nec vero tamen horum dicit [illegible] a se non [illegible] [illegible], adducit [illegible] 5. num. 98. authoritatem Hugonis a S. Victore tom. 3. in apologia de

Verbi incarnato q. 2. sic asserentis: filius huius hominis adoptione, ut nos, fidem, neque per unionem susceptione, ut mediator, s. homo assumptus, natura ut Verbum, quae eadem substantia cum Deo in persona. et tandem persona cum mediatore, in substantia. De numero plane, quare Christus D. in quantum homo sit filius proprius docet sec. 3. §. 2. et filius ratione creationis, et gratiae, ratione unionis hypostaticae, ratione cuius filius est ratione cuius est in illo duas rationes naturales traditur.

Ex his quae praedixerimus dantibus distinctionem multis impugnanda, et totaliter structura diruenda est. et quidem, quod dixi nihil novi afferre videtur contra eos, qui Christum D. ut hominem dicunt esse filium naturalem; neque generationem, invenientes invenit in similitudinem naturae, sed per unionem hypostaticam adipiscuntur, et naturalem Verbi filiationem. quem dicendi modum sec. sequenti ponimus. Accedit quod et ipse P. Vernans, iuxta fatetur filium proprium esse quodam modo naturalem, unde ipsius etiam loquendi modus contrariis relabitur: nam sec. 2. §. 2. num. 75. ubi Magistri verba adducit in 3º dist. 10. q. 1. litera B. et litera C. loquentis de Christo D. 24. quod hoc, et asserentis, primum, non est adoptivum filium aliquo modo, sed naturalem. quae Magistri verba sic interpretatur: dico enim, inquit, et aliquo modo positivum in proximationem intelligo hypostaticam in potestatione affirmativa hoc pacto. non est adoptivus aliquo modo, et aliquo modo naturalis; nimirum proprius nullo enim modo adoptivus, nullo modo extraneus, aliquo tamen modo naturalis, quatenus s. natalis dicitur proprius, substantialis quod s. coniunctum, et hempemit exclusit adoptivum. Hic ex ipso Vernalio ale lexim, non ut hunc Magistri interpretationem in meliorem tam sterotatam vera; sed ut valet ea ipsa ratione a P. Vernal dici Christum D. in quantum hominem filium Dei aliquo modo naturalem, s. per unionem physicam adeptum Dei cum quo ratione duabilis, a quibus ipse alienus est natalis, nec non potest.

2° impugnat modum illud dicendi nam, scilicet filius
sit qui talis est ut vere filius, non tamen quod dicat [illegible] ipsius
Christus Dominus ut homo non est filius Dei quia non est filius naturalis. [illegible]
et in primis, si dicat non esse quia ... vere filius, [illegible] sed ... filius
[illegible] et absurdus ... inventum Felicis et Eli
pandi a Concil. Francfordi. et Adriano Pontifice damnatus. Nam Concilium, et Pontifex ideo damnant Elipandum
et Felicem quia dicunt Christum Dominum ut hominem non esse filium naturalem [illegible] adoptivum
quod filius adoptivus tandem non absurde, et impie,
dicitur filius: qui supponunt Christum Dominum etiam ut hominem non absurdus
et impie, et [illegible] et [illegible] deberet dici filius Dei. Sic ergo dicat filius [illegible] et [illegible] naturalis, et [illegible] filius, [illegible] nam
non est ut [illegible] filius [illegible] qui non est filius naturalis: [illegible] implicat, quod
sit [illegible] filius et [illegible] non est filius naturalis: [illegible] simpliciter implicat,
quod est filius [illegible] et non naturalis. [illegible] ex [illegible] apud quos nulla est mentio, nisi filii adoptivi et naturalis. filius [illegible] dicunt vere filius, hoc est, vere filius; filium vero adoptivum, non vere
seu [illegible] filium; in quo etiam sensu dicunt, filius naturalis esse [illegible]
um filium, idest, [illegible] filium. [illegible] filius naturalis idem est, ac [illegible]
et [illegible] filius; idest, ac vere et [illegible] filius. filius vero adoptivus neque
[illegible] neque [illegible]; [illegible] non est filius naturalis, neque [illegible]
[illegible] est filius.

Hic quem modo diximus facile colligere possumus
ex Patrum testimoniis in hac quaestione a nobis, et ab aliis afferri soli-
tis. in primis D. Hilarius lib. 3 de Trinit. ita inquit: [illegible]
[illegible] filii [illegible] hic filius; hic enim vere et [illegible] est filius, ori-
gine, non adoptione. Ecce quo modo illum qui [illegible] vere fi-
lium et [illegible] filium, dicit filium origine, non adoptione, idest
filium naturalem seu naturalem filium, et non adoptivum. Similiter
Hieronymus in cap. 1° ad Ephesios. Ille quidem naturalis
filius, nos vero adoptione. Ambrosius lib. 1. de fide cap. 9. filius

aut per adoptionem aut per naturam: per adoptionem nos filii di-
cimur. Ille per veritatem naturae est. Aug. tract. 82. in Ioan.
nos filii gratia, non natura. unigenitus autem natura, non gratia. An
hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? ita sane.
nam dicendo, sicut dilexit me pater et ego dilexi vos, gr-
atiam mediatoris ostendit: mediator autem dei et ho-
minum non in quantum deus est, sed in quantum homo est Christus Iesus. Sanctus
Adrianus Pontifex [illegible] Nomen patris nunc
manifestavit, cuius se patris verum filium, et non putativum, quia
innotuit et non adoptivum. Alludit sane ad id Ioannis 17.
Manifestavi nomen tuum hominibus, et ad illud eiusdem
ut simus in vero filio eius. Ubi adverte, verum filium et
proprium idem esse, sicut putativum et adoptivum idem etiam
sunt: sicut qui verus filius est, is qui vere est filius, ita proprius filius ille
erit, qui proprie est filius.

Ex quibus testimoniis satis evincitur quod ostende-
bamus, et aliud etiam non minoris momenti: scilicet improbari
principaliter responsionem P. Vasquez, quam adhibet disp. 66.
sect. 1. § 2. num. 39. Ex quo dices, diversimode sumi
vocem illam filium proprium, quando de Christo D. ut homo dicun-
tur. nam vox quidem proprius sumitur proprie, pro non adoptivo,
non extraneo, non alieno, non coniuncto mera affectione, sed
substantia, physice et realiter. vox vero filius non stricte, nec pro-
prie, sed improprie, aut minus proprie sumitur. Nec mirum, inquit, nam
licet dicamus vocem filius improprie sumi a sacris litteris et
aliis fidei regulis de Christo ut homo est, per duplicationem tamen
nuncupant filium Dei proprium. Contra hanc responsionem,
quod ut constat expressissime dicitur proprius filius est verus filius: sicut verus
filius, qui vere est filius: sic proprius filius, qui proprie est filius. Contra legi-
timae magis est nimis ex medullatis constant. [illegible]
ille est proprius filius, qui vere est filius: et proprius filius est, qui vere filius est proprie

... filius est qui quis filius est: ... illa uox ... illa ... filius, ... dicitur, cum dicitur de Christo Domino etiam ut homo est.

Tertio impugnat Pater Vernal (est Adducunt etiam impugnationes ex illis Patrum testimonijs). Quod ne filius, qui medius sit inter filium naturalem Dei et filium adoptiuum. Sed Christus Dominus ut homo est filius naturalis, uel adoptiuus, sed non adoptiuus, ergo naturalis. Maior ... naturalis: ... exdicitur: quod filius Dei, uel est filius natura, uel gratia, hoc est, uel origine, uel adoptione. Unde, ut ... ex tomo ... Tract. ... ultimus. Si uero filius, nequaquam adoptiuus, quod adoptiuus, ... cut in testimonio Hilarij, proinde est, uel natura est filius. Explicat Pater Vernal: natura non est filius, id est, non habet naturam, uel essam filij. Explicationem non admitto. Talem tamen inde facio: ideo non habet naturam et essam filij, quod natura non est filius. Itaque ... natura est filius, id est, atque ... naturalis filius. Quarto impugnat magis ille dicendi Pater Vernal ex eo quod distinguat rationem filij et rationem ... ita ut ratio ... non appellet formalis rationem filij: unde ... communicat Christum Dominum in quantum homo est filius ... quod est filius, et ... quae argumentatio ... illi est, ... est materialiter ... Tandem: quod rationem filij in Christo Domino ... humanitatem ad solam humanitatis ... reducat, quae ... ceteris ... Nam certe Christus Dominus in quantum homo, ... in quantum ... in quantum filius ab alijs hominibus differt; nam filiationem habet ... per ... excellentissimam, quod accuratissime deducit Adrianus Pontifex in ... illa sua, aduertens Christum Dominum etiam in quantum homo est, nunquam dixisse nobiscum, pater noster, sed ... dixit patrem meum, et patrem uestrum; cur ... ait Pontifex: quod aliter ... et aliter ...

Sec. 5. quare non Xptus D. in quantum homo, sit filius naturalis Dei.

Sec. 5.

Quare non Xptus D. in quantum homo sit filius naturalis Dei

Diximus Xptum D. in quantum hominem non esse filium adoptivum; diximus etiam non esse filium per collegium(?), ..., et talem filium Dei. Explanandum ergo restat quo modo filius naturalis Dei possit intelligi Xptus D. in quantum homo. Vincens(?) in relectione de gratia Xpti q. 1. dub. 4. ad 47 ait: id quod Xptum ut hominem filium Dei naturalem denominat est gratia habitualis, quae quamvis in nobis sit filios adoptivos constituens; at in Xpto est gratia reddens illum filium naturalem. In hunc dicendi modum proxime accedit R. quidam, cui probabile videbat asserere, Xptum D. constitui filium naturalem Dei, in quantum hominem, per gratiam habitualem et unionem hypostaticam simul. ita ut dicat gratia habitualis, hoc ex se, quod constituat filium Dei, abstrahit a filio naturali, et adoptivo. nec est quaelibet debet esse filius aliquis Dei, qui nec naturalis sit, nec adoptivus. Sed quaelibet gratia habitualis constituat filium Dei, qui non ex se dicatur constitutum debeat filium naturalem, vel filium adoptivum. per hunc vel illum cum unione hypostatica, aut cohaerentia illius. Probatur: quod Xptus D. est substantialiter filius naturalis. immo implicat filium esse naturalem per aliquid sibi accidentaliter additum: sed gratia habitualis est aliquid accidentaliter additum Xpto D. etiam in quantum homo est: ergo non potest Xptus D. etiam ut homo esse filius naturalis Dei per gratiam habitualem. Confirmatur: quod filius naturalis, et filius adoptivus non conveniunt univoce in ratione filii: ergo non possunt constitui in ratione filii abstrahendo a naturali et adoptivo, per gratiam habitualem. Antecedens patet: quod solus filius naturalis est vere et proprie filius, filius vero adoptivus non nisi improprie et per analogiam ad filium naturalem. Confirmatur: quod si gratia habitualis constitueret filium Dei, abstrahendo a naturali et adoptivo, sicut datur univocatio in gratia habituali, daretur univocatio etiam in

utrum Xpus sit filius

Pr. Suarez tom. 1. de incarnat. sec. 4. sub 11.
ut defendat simul, et explicet, quod Xpus D. ut homo sit fi-
lius nalis Dei, supponit admitendam hic, et explandam
defnem generationis nalis, qua filius à parente producitur,
quæquidem apud Philos est origo viventis à vivente à princ.
coniuncto in similitudinem naturæ. Quod ut ostenderet defficere
rei productionis Xpi D. ut hominis similitudo illa naturæ ad Dei, quæ
petitur in defne, ut sit filius Dei nalis, supponit adhuc simi-
litudinem hanc posse esse, vel in eadem num. natura, ut in divinis,
vel in eadem specie athoma, et infima, ut in hominibus, vel in eodem
genere, ut in aliqua animalia, in quibus filius evadit diver-
sæ speciei ab utroque parente, licet sub eodem genere. At
ut sub eadem specie evadat similis. Hoc supposito, asserit
Xpum D. ut hominem esse filium nalem Dei, quod est vivens
à vivente, ut constat: nam in quantum homo est vivens à vivente
Deo, producta à princ. coniuncto, quod in divina persona illi coniungit
deinde tandem in similitudine naturæ, si non numerica, si non spe-
cifica, saltem genericam: nam ut homo, qui natura quædam in-
tellectualis est, similis est Deo in natura saltem generice. Ex dictis
colligitur: quod similitudo in natura, si quæ petitur in defne illa philo-
sophica, est similitudo saltem specifica: sed non sufficit similitu-
do generica. Et ratio: quod si peteret similitudo specifica, sed
sufficeret generica, vel frustra esset in defne illa particula in simili-
tudine naturæ: nam quod dicitur origo viventis à vivente, satis ipsa
signat similitudinem genericam: sed natura aliqua similitudo
naturæ petitur dum dicitur in similitudinem naturæ.

Sed adhuc displicet 2a rethorica: quod inde tota vis
enervatur dum contra Arrium Verbum divinum creaturam, et ideo
non esse filium nalem Dei. Plures sunt in hanc mentem: ut
Hilarium lib. de synodis adversus Arianos. ...

ta q. n. pot alienu accidisimilis patre a dici. Et paulo
post: Vis n. dicut q. si generent n. dissimiles accidentalie
n. a se ex n. naam. q. diversitatem patrum naturali
inter natos recipiat. Dotaxoimi... substantiali q. ad s.
tiat seu naturitatem natz requirat similitudo saltem
specifica int P. et filium. Unde si D. generat et ipse, deo
generare deum. P. q. exit D. et filius exit D. q. tamen
implicat ee plures deos, sed tandem P. et filius ee unum
Deum. Nec iuvat exemplum eorum aliorum, qui generant
filios dissimiles nae a tributa q. parentis: 1o. q. n. ad est
qui negent ea aiata ee viz et sic filios. 2o. q. n. si filij sint
ideo ideo sunt, q. eorum productio in similitudinem nae fuit,
si quidem in ea recut. spiritu intentione nae volentis producere
sibi simile, licet p accidens n. evadat simile. q. n. ita
contingit in humanitate Xpti D. n. Dei: nam illa huma
nitas n. p accidens, et pre dissimilis evadit nae Dei et huius
in Xpto D. Tandem, q. sola creatio humanitatis n. pot
ne et sic constituere filium Dei. ut d. P. Vasquez
cebamq, et mox ex S. Thadiemq: q. sola illa simi
litudo quae in humanitate, n. sufficit ad filium Dei
natem constituendum.

P. Suar. dp. 49. sec. 1. explaniq natoi Xpti D.
in q. humanitatis filius Dei dicitur asserit: q. ium fundamentum
huius relationis sufficiat: id quae fuerint Xpi vt hoc, est
ipsa gratia unionis. Et paulo infra semetipsum explat,
aut: illius autem relationis fundamentum ee personam Verbi hypo
staticae unita humanitati, et pro illam sanctificantem, et
ex bene huic hoi ut sic ius ad D. beatitudinem. huic etiam
tae P. Vas. dp. 89. cap. 14. et alij qui hoi D. sentiunt
Asserunt itaque, Xptum D. in q. hum. hoem ee filium
natz Dei p unionem hypostaticam n. p. obsse et debitum,

q̃ est unio ad æternam Verbi filiationem, q̃ est unio ad personam Dei, a qua est sanctitatem hic et filiationem transiisse ho: nam sicut sanctitas accidentalis filiationis petit adoptivam, ita sanctitas substantialis et terminus ad condit. filii hominis petit transfiliationis naturalem. Ex his principiis duo quam contraria hinc sequuntur. 1ᵘᵐ est quod si alia persona sanctissimæ Trinitatis assumeret carnem, eodem etiam modo esset filius naturalis Dei illa persona in quantum homo: quod totam filiationem quam defendunt, dicunt enim, quod mediante unione tunc personalis sanctificaret humanitatem a Verbo natam et habita haberet ho ille natale ius ad æternam beatitudinem. 2ᵘᵐ quod deduceret ex illa ratione et ab authoribus illius defenditur est, quod Christus Dei in quantum homo sit filius totius trinitatis. Utrumque hoc est falsum, et stabitur ex dicendis.

Itaque asserimus Christum Dei in quantum hominem, esse filium naturalem Dei, et in quantum homo est, communicatum sibi ipsa æterna filiatione Verbi, quæ refertur ad solum Patrem atque adeo neque esse filium totius trinitatis, neque illam aliam trinitatis personam fore naturalem Dei filium, casu quo assumeret naturam humanam. Ita P. Suarez disp. 11. dub. 19. 3. et P. Aldrete disp. 86. sec. 6. Ita etiam Prudentius tom. 2. tract. 1. disp. 4. dub. 2. sec. 9. apud quem D. Thomas et S. Bonaventura. apud illum etiam Almainus, et Argentinas, Ricardus, et Capreol. Medina et Araujo, Franciscus etiam a Christo in 3. dist. 10. q. 2. corp. et præcipue in solut. ad 4. Accedit P. Valencia [illegible] disp. 1. generaliter q. 23. p. 1. Alvarez [illegible] 7. num. [illegible] regionum variarum disp. select. 4. et quem Alvarez Mag. in 3. dist. 10 ad 11. et 13. tom. a Ista

q. 20. disp. 19. ar. 5. difficultate 2. Et quidem quod
nulla alia divinitatis Persona foret filius naturalis Dei, si as
sumeret naturam humanam, est aperta mens S. Thomae 3 p.
q. 3. ar. 5. ad 2um ubi sic habet: sicut filio incarnato adop
tivam filiationem accipimus ad similitudinem filiationis naturalis ejus,
ita Patre incarnato adoptivam filiationem reciperemus ab eo
tanquam a Patre naturalis filiationis, et a Spiritu Sancto tanquam a
nexu communi Patris et Filii. Ubi expresse asserit, fore nos in illo
casu filios adoptivos non ad similitudinem filiationis alicujus
naturalis, quae in illis Personis esset, quam nec in illo casu suppo
nit, sed potius quod eandem paternalem pietatem, quae filialem per
nos [illegible] exhibit illi quam tunc [illegible] humanitatem.

Quod vero Christus etiam in quantum homo sit filius naturalis Dei
per generationem aeternam seu filiationem, quam ad Patrem refertur, expresse
docet S. Thomas hic q. 32. ar. 3. huic autem veritatem sub
jungens ut ad ea quae mox dicemus lucem aliquam subministret. Ita
quod angelicus praeceptor q. illa 32. ar. 3. rogat utrum Spiritus Sanctus dici
debeat pater Christi secundum carnem? Cujus responsione incorporat
ticuli ut rationem paternitatis et filiationis adgenerationem consequi
quia ad quamcumque sit adgenerationem viventium et animalium, nec ta
men ingenuus, sed quando in animalibus generatur filiationis accipit rationem
sed illud quod generatur in similitudinem generantis. Quam
similitudo potest major et minor subjungit: Et si quidem per
fecta sit similitudo, erit perfecta filiatio, tam in divinis quam in hu
manis; si autem sit similitudo imperfecta, erit etiam filiatio
imperfecta. Explicans autem gradus imperfectionis, subdit S. Thomas. sicut
in homine est quaedam similitudo Dei imperfecta, et in quantum homo creatus
atque ad imaginem Dei; et in quantum recreatur per similitudi
nem gratiae, et ideo utroque modo potest dici homo filius Dei. Ne tamen
aliquid [illegible] de Christo [illegible] etiam ut hoc dicerimus filius ejus
[illegible] modo [illegible] quod [illegible] filiationis et similitudinis [illegible]

sit imperfecta aliaque sit perfecta in filiatione, in Christo Domino neque dicitur filiatio Dei aliqua ratione creatarum. Est autem considerandum, inquit, quod illud, quod de aliquo dicitur secundum perfectam rationem, non dicitur de eo secundum rationem imperfectam. Christus autem est filius Dei secundum perfectam rationem filiationis. Unde quamvis secundum humanam naturam sit creatus et iustificatus, non tamen debet dici filius Dei neque ratione creationis neque ratione iustificationis, sed solum ratione generationis aeternae, secundum quam est filius Patris solius; et ideo nullo modo debet dici Christus filius Spiritus Sancti, neque etiam totius Trinitatis. Sec. 6. Ulterior explicatio et probatio nostrae sententiae proponitur.

Sec. 6.

Ulterior explicatio, et probatio nostrae sententiae.

Christum Dominum in quantum hominem esse filium naturalem Dei per aeternam filiationem, illi hypostatice communicatam diximus sec. praecedenti; atque adeo non esse filium totius Trinitatis, sed Patris solius, cum ex iis haec deduximus; cum quo etiam asseruimus nullam aliam Trinitatis personam fore filium naturalem Dei etiam in quantum hominem, si aliqua alia humanitatem hypostatice assumeret; quae omnia cum hic ex illa nostra sententia facile deducuntur, ideo illam aliquanto altius expendendam et explandam censuimus. Supponimus 1.º Christum Dominum in quantum hominem non reduplicare solam humanitatem in praesenti, (quamvis hoc multi dicant), neque humanitatem esse filiam naturalem Dei, neque etiam rationem, aut causam ut suppositum illud in humanitate subsistens sit filius Dei naturalis; reduplicat enim illud suppositum, non quidem ut solum, quod dicunt, sed ut dicit naturam humanam et Dei Verbi personalitatem. Suppono 2.º ad rationem generationis univocae seu filiationis non requiri, quod producat ipsam naturam, in qua debent esse similes Pater et filius, ut constat in divinis, quia neque ... quod Pater ...

ad suppositum, illud spectat, sit similiter quod constituitur per hoc, quod sufficit, quod solummodo, quod spectat ad naturam, sibi sit in illo supposito communicatum a Deo: quo quod sit, an in illo supposito sit aliqua alia natura, aliquid aliud. ut patet in Christo Domino, qui est filius naturalis Dei patris, in quantum homo, fieret si natura alterius naturae et per totalitatem Verbi a Deo productam.

Alii praeterea, sensus nostrae assertionis est, ideo Christum Dominum ut hominem esse filium naturalem Dei, quoniam quod Christus ut homo est eximius productionis et substantionis, habet sibi communicatam filiationem Verbi; hoc cuius formalit habet, quod illi homini communicet, quod per filium Dei naturalem in illo Verbo Dominus dicitur; atque adeo petit filiationem Verbi formaliter communicata illi humanitati ex vi sui productionis; petit inquam, quod homo ille petit, inquam, quod homo ille similis sit Patri Deo: ea similitudine, qua est filius Dei; tamen haec similitudo, quae filii diximus, in parte videtur aliquorum caelestium. et aliquorum ipsius filius Dei; ita ut filius Dei et filius habeant comperfectam similitudinem, quae requiritur ad perfectissimam rationem filii, ut dicebamus ex. Thomas. ideo Christus Dominus in quantum homo dicitur filius naturalis filius Dei per eternam filiationem illi in tempore communicatam. in hunc sensum capio Alvarium Mag. in tractatu in 3 disp. 10. art. 11. ubi explicat, quare Christus Dominus in quantum homo sit filius Dei una et eadem filiatione, quae simul sit illi et per naturam, et per gratiam; cumque de Verbo, in quantum Deus est, locutus fuisset, addit, sicut hac est difficile, quod Christus ut homo habuit illam naturam, scilicet naturam Dei per gratiam, videlicet per gratiam unionis in eterna persona, et persona, quae per naturam filius est. Et ideo filius ut homo naturalis qui attinebat ad illum hominem, qui per se est in substantia Dei, habuit autem unionem factam in hypostasi. Et in hunc etiam sensum capit Magistrum ubi asseren

Jem: dñi natis filius, nam qui naturaliter est filius habet eandem naturam, quam ille qui genuit.

Prob. assertionem a posteriori: quia Xpus D. in quantum humanus, est filius Dei; non adoptivus potest esse, neque potest esse nisi naturalis. Praeterea, non est filius Dei naturalis ratione filius creationis, neque ratione gratiae habitualis ut constat ex dictis: quia aliquid aliud ratione cuius sit filius Dei naturalis. Tunc sic: nil aliud superest, nisi unio hypostatica, et ipsa D. Verbi personalitas: quia vel ab unione, vel a personalitate Verbi, vel ab utraque simul erit filius naturalis Dei; ita videlicet, ut sit a personalitate Verbi, ut communicata per unionem humanitati: quae ab unione per se convenit, tanquam a filiatione [illegible] quia ipsa unio hypostatica, erit filiatio, vel sanctitas formalis, vel via est ad filiationem Dei naturalem. Non 1o. quia [illegible] sanctitatio non est filiatio Dei, neque adoptiva neque naturalis; ut constat in Spiritu Sancto, in quo datur summa sanctitas, nec tamen ulla ratione est filius Dei. Itaque sicut sanctitas est ratio quaedam tribuens ius ad aeternam beatitudinem, ita tamen potest sanctitas [illegible] in filiatione aliud non esse ius ad haereditatem, et aliud haereditas filii ad haereditatem. Sequitur ergo, quod [illegible] ipsa unio hypostatica est filiatio Dei, sed est ut quo, seu ut via ad aeternam Verbi filiationem humanitati communicandam, et ad constituendum filium Dei naturalem ex Verbi filiatione et humanitate. Hoc autem [illegible] est, ipsam unionem esse filiationem [illegible] medium, quo filius Dei naturalis constituatur, sicut medium, quo ex humanitate, et personalitate Verbi constituitur unus homo.

Prob. 2o. a priori doctrina tradita. Quod generatio [illegible] filii naturalis origo viventis a vivente a principio coniuncto in similitudinem naturae, ut ex philosophis dicebamus. Ergo

ductio Xpti D. ut hoīs sit origo inveniendi ā inveniatus pri
dium dictio in similitudinem nāē, per generationem ut talis filij
natūs hunc sit: filius erit filius natūs Xptus D. in quantum homo
in cuius nāē similitudinem est origo illius: nam sicut plures patres
alij concurrant ad natūs filij generationem, ille solus est pater filij qui
in cuius nāē similitudinem evadit ex vi suae originis. sic v. g.
Cont. dicit. Sol et homo generant hominem, nec tamen homo est so
lis filius, sed alterius hominis, quia videlicet non evadit in similitudi
nem nāē solis, sed in similitudinem nāē hominis alterius: sic eti
am ipse Xptus D. in quantum homo est filius deiparae natūs ut
humanitatis, quia ex vi suae originis, seu natūs productio sua eva
dit in similitudinem nāē humanae suae matris. hoc posito
supposito, pergo ulterius, et arbitramur: Xptus D. ut homo, non
evadit in similitudinem nāē humanae deiparae, ut sit
filius natūs illius, sed etiam in similitudinem nāē D. et spiri
aeterni, ut sit filius natūs dei patris: quia sicut est filius natūs dei
parae, in quantum homo, etiam in quantum homo filius natūs dei patris.
Hoc ultimum mihi suadet: quod Xptus D. in quantum homo, non
dicit humanitatem per quam reipsa est similis deiparae, sed eti
am dicit personalitatem Verbi D. ratione cuius habet ut illi debe
atur nāē D. patris aeterni, ut sit filius natūs dei patris.

Aliqua tangimus in hac nostra ratione, quae magni
momenti sunt, et aliqua etiam explicatione declaranda
oportet, ut ex rebus aliis possint inservire. Et in primis
hic supponimus, Xptum D. ut hominem ex vi suae originis et
productionis in esse humanitatis, sed etiam per
personalitatem Verbi D.: quapropter ideo supponimus, quod indica
mus humanitatem Xpti D. eadem actione productam si
mul, et unitam Verbo D. si quidem, quod ipsa met actio fuit
unio, sed quia una et eadem fuerit actio ad producendam
humanitatem, et ad producendam unionem hypostaticam

illius cum Verbo Divino, hac quae ratione humanitas illa ex vi unionis
originis, et productionis habuit personalitatem Divini Ver-
bi. Secundo supponimus cum hac Divini Verbi personali-
tate communicatam humanitati non solam Deita-
tem, seu naturam, ut communicatur tertiae humanitati, sed etiam com-
municatam cum ea similitudine, qua Verbum Divinum
distinguitur in ratione filij; quae quidem est maior quaedam simi-
litudo inter Patrem, et filium, quam inter utrumque et
Spiritum Sanctum. nam ut diximus ex S. Thoma, siquidem
sit perfecta similitudo, erit perfecta filiatio. si autem
sit similitudo imperfecta, erit filiatio imperfecta. Cum ta-
men in Divinis non possit esse imperfecta filiatio, vel nulla erit,
ut in Spiritu Sancto, vel erit cum perfectissima similitudine,
ut in Verbo Divino. Hinc est, quod licet a tota Trinitate humanitas
humanitas Christi Domini unionem hypostaticam in
ordine ad hujusdam similitudinem naturae cum Deo; ad
hunc tamen non est filius totius Trinitatis, sed solius Divini aeterni, quia cum illo,
et ab illo habet perfectissimam naturae similitudinem.

3° Probatur ab absurdo: quia si aliter intelligeret pro-
ductum Christum Dominum in quantum homo sit filius naturalis Dei, sequeretur
tribuere filium totius Trinitatis. sed non potest esse filius totius Trinitatis.
quia non potest aliter intelligi, quod sit filius naturalis Dei. Probatur minor: quia
si esset filius totius Trinitatis esset filius Spiritus Sancti, quod est contra
sensum. Imo esset filius sui ipsius, quod implicat:
nam dari debet realis distinctio personarum inter Patrem et filium;
at in Christo Domino non datur talis personarum distinctio. Verum quae
hoc colligit Aug. 2. de Trin. cap. 10. cogimur, inquit,
non nisi proprie accipere personam, ubi dicitur, hic est filius meus dilec-
tus: neque enim Trinitas et etiam Spiritus Sanctus filius, aut unus filius exce-
di, aut intelligi potest. Similia habet in enchiridio cap. 40.
ubi ex proposito loquitur, non solum de humanitate, sed de gratia etiam

unioni naturali non illius esse filium Dei. Sed probatur: quod in Christo D. non datur nisi duplex filiatio, alia filiatio aeterna, quae refertur ad Patrem, et alia filiatio temporalis, quae refertur ad matrem: non illius, quia illa est unigenitus Dei: non istius, quia est etiam unigenitus, videlicet temporalis filiatio cum illa aeterna filiatio intelligatur, ut per illam possit esse Deus, per aliam intelligatur ut homo. Et hic est sensus dicti Francisci Toletani in epistola ad Hispanos columna 6. ibi: hujus testimonia possumus, ut cognoscamus Deum esse D. naturam ... quae naturae est unigenitus et primogenitus. Sec. 7. contrarias objectiones dirimit.

Sec. 7.

Contrarias objectiones dirimit.

Duo sunt hic objectionum praecipua capita. 1um est, ut probet Christus D. ut homo esse non est filium naturalem Dei. 2um ad probandum non esse filium totius primae personae, sed totius Trinitatis, casu quo filius Dei naturalis dicendus sit. Aliqui tamen alia addunt, nec ea placent claritatis gratia, utramque disquirere. 1a objectio est: filius naturalis Dei est Deus. Sed Christus D. ut homo non est Deus. Ergo Christus D. ut homo non est filius naturalis Dei. Maior constat de fide contra Arianos. Minor videtur manifesta: quia licet homo ille sit Deus, at neque Deus est quatenus homo, neque homo est quatenus Deus. Confirmatur: quod Christus D. ut homo non includit similitudinem naturae generantis ad filium naturalem Dei: ergo ut homo non est filius naturalis illius. Respondeo: quod Christus D. ut homo, etiam si fiat reduplicatio suppositum, hoc dicit naturam humanam et substantialem. Ad objectionem quo cum S. Thoma q. 16. ar. 11. dicimus homo in propositione reduplicativa positus, potest dupliciter accipi. 1o ita ut ipse reduplicet naturam: et sic falsa est haec propositio Christus in quantum homo est Deus, sicut etiam est falsa

Xptus per humanitatem est Deus: 2º potest fieri reduplicatio ex
suppositi ex natura humana vel ut subsistentia Verbi; et
hac ratione vera est haec propositio Xptus qua homo est Deus, quod sensus illius
est, Xptus ea ratione, qua homo est, est Deus. quod quidem verum est,
quia ea ratione, qua homo est, est homo per naturam humanam
cujus subsistentia Deus. Hinc reiicitur quaestio in Mag. distinguendo
minorem: Xptus est Deus ut homo non est Deus, si reduplicatio fiat
per ipsam naturam, concedo; si fiat per suppositum, nego. qua
ratione distinguendum etiam antecedens confirmationis. Ad quod tamen
instabit ex instantia sequenti.

Instabis 1º etiamsi fiat reduplicatio per suppositum, Xptus est Deus ut homo non includit naturam Dei; ergo etiam si fi-
at reduplicatio per suppositum, neque Xptus ut homo est Deus,
neque ut homo dicit similitudinem naturae cum Deo; ergo eti-
am si reduplicatio fiat per suppositum Xptus ut homo non
est filius naturalis Dei. Haec ultima consequentia constat ex rationibus dictis et ex
ante deducitur. Respondeo quod etiamsi fiat reduplicatio
per suppositum, quando dicitur Xptus ut homo, tunc fit reduplicatio
per personalitatem Verbi cum natura humana. Quo ad
instantiam distinguendo antecedens: non includit naturam Dei forma-
liter et immediate, concedo; non includit naturam Dei realiter
et mediate, nego. Similiter ad 1ª consequentia. et nego 2ª consequentia.
quod ut sit filius naturalis Dei in sensu hoc, satis est, quod in sensu
hoc sit realiter Deus et realiter dicat similitudinem
naturae Dei; dum modo illam realiter dicat ratione alicuius,
quod realiter includit in ipso Xpto Deus ut homo. Instan-
tias ad hunc. sed Xptus est Deus ut homo, non formaliter, sed realiter tantum
filius naturalis Dei. probatur consequentia: ea ratione est filius naturalis Dei, qua
ratione dicit ad Deum etiam similitudinem naturae Dei: atqui
non formaliter, sed realiter tantum dicit ut homo ad Deum, etiam simi-
litudinem naturae Dei; ergo non formaliter, sed realiter tantum est filius naturalis

Dei. Rnō nando coam. Ad cuius probat. dico quod
nam: ea ratione est filius naturalis Dei, qua ratione dicitur ens Deus,
gelus essent unum, et non tria, et quodlibet istorum nomen
posset in concreto de altero enunciari. Idipsum quod
quod de facto contingit, inter Deum et hominem ratione duplicis
naturæ, et quod tunc contingeret inter Deum, hominem, et
Angelum, ratione triplicis naturæ, prædictis, asserimus in isto
casu, quo duæ simul naturæ humanæ unum suppositum divinum
unirent: essent quidem tunc in illa Persona homo et homo, non
sicut modo sunt in Petro et Paulo, sed sicut modo sunt in Christo
homo et Deus, quorum alter de altero prædicatur: atque adeo
non essent plures homines, sed unus et idem homo.

Respondetur 2.º a posteriori: quod si una persona cum duabus huma
nitatibus constitueret duos homines, cum duabus naturis intellectualibus
unientibus, constitueret duos intelligentes intellectuales: sed

hoc est falsum: ergo et illud. Maior constare videtur a paritate rationis. Minor autem patet in Christo Domino, in quo per humanam naturam dantur, quae sunt duae naturae intellectuales viventes; nec tamen dantur in Christo Domino duo viventes intellectuales. namque constat ex SS. Patribus, et Concil. in Christo Domino non alius et alius, sed aliud et aliud. ita loquitur Concilium Ephesinum cap. 7. Tom. 2. et 6. Synodus act. 17. in professione fidei: unius eiusdemque tam miracula quam passiones cognoscimus, et aliud et aliud. Vide Celestia in Simbolo Athanasii: qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Et ipsa ratio quia in Christo Domino ex duplici natura viventi intellectuali essent duo viventes, posset unus de alio negari: nam ubi sunt duo, est unus et alius: unus autem et alius dicunt realem distinctionem: ergo posset dici: hic vivens Deus non est iste vivens homo. et ideo quod Deus in Christo non esset homo, neque homo in Christo esset Deus, quod est errorum in fide. quare recte Pater Amicum non capio, dum ait num. 143. quod licet Christus Dominus posset dici duo homines, si duas haberet humanitates, haud tamen unus homo simpliciter negari posset de alio, praesertim signatus per nomina hic, et ille, ut hic homo non est ille homo. Hoc certe non capio: nam evidens est, rerum dualitatem esse distinctionem saltem numericam; at quae distincta numerica bene possunt duo signari per nomina hic, et ille, ut unum de alio neget.

Respondetur ingeniose, et ad amicum Pater 1°, in eo casu dari plura viventia, non plures viventes; nam plura viventia est nomen naturae; at plures viventes est nomen personae. Et in hoc sensu dantur in Christo Domino de facto duo viventia in eodem supposito, non duo viventes. Dicet 2°, dari in eo casu bis plura viventia, et plures etiam viventes, licet de facto in Christo Domino plures viventes non dentur: namque de facto non dentur duo viventes in Christo Domino. idest, quia non dantur de facto duae personae in Christo; at in eo casu,

inqt, licet una p̄sonalitas esset, essent hi plures p̄sonæ, 184
atque adeo essent in illo casu plures viventes. Sed in hac
responsione displicet 1.º q̄ qui concedit plures hoēs, concedat plures viventes in sua responsione: nam q̄d refert
in quam, ad plures dicendos, q̄ hoēs dicantur plures aut
q̄ dicantur plures viventes, cum hoēs sint formaliter viventes:
unde syllogismus ita formatur: omnes hoēs sunt viventes: in illo
casu sunt plures hoēs: ergo in illo casu sunt plures viventes.
Displicet 2.º q̄ in illo casu Xpti applicat responsionem ad
instantiam in una p̄sonalitate plures viventes, et in ordine ad
instantiam in Xpto: nam sicut hō et hō est viviens, ita Deus
hō ē etiam viviens: sicut ergo in Xpto Deus et hō non sunt plures viventes, hinc etiam in illa p̄sona non erunt plures viventes hō et hō; aut e contra. 3.º et maxime displicet, q̄ cum
una sit p̄sonalitas, licet naturæ sint plures, dicantur hi plures p̄sonæ: nam certe si qua ratio, quæ probet hinc esse plures
p̄sonas, eadem probari posset, nunc esse plures p̄sonas in
Xpto Dño. Sec. 5. obtanobis argumenta retundimus.

Sec. 5.ª
Obta nobis arguta retundimus.

Obiicies 1.º si esset unus hō et non plures, qui constitueretur
ex illa p̄sonalitate et a duabus naturis humanis, hō q̄d ē nomen
naturæ diceret in recto suppositum et in obliquo naturam humanam,
et similiter Deus q̄d ē etiam nomen naturæ diceret in recto suppositum et in obliquo naturam divinam. hoc ē falsum: ergo et falsum ē
id, unde sequitur. Maior videtur clara: q̄ ideo ē unus hō in nostro casu et non plures, q̄ licet humanitates sint plures, ē unum
suppositum; atque adeo unus hō erit unum suppositum habens
humanitatem, sive una sit, sive multiplex humanitas. hoc
autem ē falsum, quod erat min. syllogismi. Prob.: q̄ inde sequeretur
q̄ unitas, aut pluralitas hoīs et Dei desumeretur a humanitate,

l, pluralitate suppositi, et non ab unitate, vel pluralitate nat[urae]:
quod e falsum: nam Deus e unus, et tamen non e unum suppositum huma-
num Deitatis. et consequens: nam haec propositio catholica: tres Personae Di-
vinae Trinitatis sunt unus Deus, et tamen haec e falsa: tres Personae Tri-
nitatis sunt unum suppositum habens Deitatem; sed neque unus
Deus e unum suppositum Deitatem habens, neque unus homo e unum
suppositum habens humanitatem. Confirmatur 2o. Ex nostris ipsis,
quae sec. praecedenti diximus, omnes tres Personas Divinas esse unum
hominem, casu quo illae tres assumerent unam naturam hu-
manam: sed unus homo non dicit unitatem suppositi, sed unita-
tem naturae: hinc unitas humanae naturae in multiplici perso-
na sufficit ad unitatem hominis, multitudo naturarum humanarum suf-
ficiet in unica persona ad homines multiplicandos.

Multa hic multi, et multis etiam dicunt pro explanda
multiplicatione aut unitate horum nominum inserta; sed certe rem
non magis explanant, quam obscurant. id tamen hic omnino notan-
dum fuit cum P. Alde. disp. 44. sec. 7. nimirum videlicet
audacem fuisse Marsilium in re hac, qui difficultate proposita in
3o q. 2. ar. 3. dub. 2. concessit, si usus Ecclesiae non obstaret, posse
Christum admitti plures Deos. Ecclesiae iussum in dicto admitte-
re, ad vitandas scilicet eorum verborum usurpatas, quorum dexter
sermonis et re ipsa considerata, potuisse multiplicari
ex vi terminorum substantiva, propter multiplicationem suppositorum, licet
unica foret Deitatis forma. Hoc de mente dictis nemo non vi-
det: nam licet res videatur de modo loquendi, adhuc in lo-
quendi modo iste e Ecclesiae mandato gravissima. cuius est
hoc unum expositissimi religionis christianae fundatis
dicente Domino in Deuteronomio cap. 6. Dominus Deus
tuus unus est. Unde Ecclesia in Symbolo Athanasii tres De-
os, aut dominos dicere catholica religione prohibemur. Et
... doctrina e inadstricta de unitate Dei ...

cos admittendas Deorum pluralitatem, et Judaeos et Arianos ostendunt, non deduci Deorum pluralitatem ex pluralitate personarum, sed ex pluralitate naturae. Alii quidem, ut refert Durandus in 1° dist. 4. q. 1. post medium, quod non sine aliqua temeritate asserunt, discrimen referendi vocem aliud ad substantiam, et alius ad personam, non esse profectum ex virtute sermonis, et proprietate linguae, sed ex libera impositione sanctorum Patrum. Quod certe falsum est, ut bene iverunt, non ideo tamen rejiciendum discrimen illud, cum in mysterio explanando quod sermonis latini doctores latent, voces usurpandae sint potius ad mysterii explanationem quam ad regulas Ciceronis, aut latinitatem, et scrutinium grammaticorum.

Itaque ut ad nostri explanationem accedamus, et nostram mentem explicemus, idcirco est in mysterio Incarnationis hanc propositionem verissimam esse in Christo Domino: Deus est homo, et homo est Deus. Inde tamen non unum quid esse in Christo Domino hominem, et Deum: nam si non unum quid essent, non essent idem. si autem non essent idem, non posset Deus praedicari de homine, neque homo posset praedicari de Deo. Et hoc quia neque ex parte subjecti neque ex parte praedicati veniat in recto natura aut humana, aut alia natura, sed illa quae in recto venire potest ex parte subjecti, et praedicati, divinitatem supponit. ideo quando de idiomatum communicatione loqueremur, diximus ibi venire in recto suppositum Deitatis, et humanitatis naturae. Cum enim idem sit suppositum et Deitatis naturae et humanitatis, ideo Deus est homo, et homo est Deus. Quod si repraesentandum est non natura, et quae per modum naturae sunt, dici in recto sub unitate, unde cum quando significatur, ad illam quae sub pluralitate enuncianda, neque satis est pluralitas suppositi, neque satis est naturae pluralitas. Sed necessaria est pluralitas utriusque. Ideo Deus dicitur unus, licet personae sint tres. et in Christo Domino et homo dicuntur unum, licet naturae sint plures. Homo quoque est unus, si una natura sit una in pluribus suppo

Sti, tuenda est multiplex in uno supposito. nõa nõ suppositi, seu persõ, propitie desumunt illam unitatem, aut pluralitatem ex unitate, aut pluralitate suppositi; unde Pr. Filius, et Spus. S. sunt tres, quia cum sint nõa personae desumunt suam pluralitatem à pluralit. suppositorum; Xptus nõ est unus, quia é unum suppositum. Spirator nõ é nomen personae, neque nãe, quia cum sit pradicatum esse et filio pradicatur per unum nãe, et ideo unus é spirator, quia spirandi virtus quae é una.

Et quidem in re ista iudicio amplius immorandum: quia licet in presenti S. Thõas q. 3. ar. 3. ad 2m: non sit extendum, et quia sunt ad signandum imposita, quae quidem ex contradict. eorum, quae apud nos sunt. Cum et apud nos ea sit significandi consuetudo, ut patet ex mysterio Trinitatis, et ex iis, quae diximus de mysterio Incarnationis, id satis esse praesenti arbitramur. Ad argumentum quod in tho[?] sppositum, concedo maiorem, et minorem. Ad probationem distinguo maiorem ex quo nõ dicta: sicut, quod unitas, aut pluralitas hõis, et Dei desumitur ab unitate, vel pluralitate suppositi propitie, nõ: unitas hõis, et Dei ab unitate suppositi, vel nãe; et pluralitas à pluralitate suppositi, et nãe simul, concedo. Ad 2m premissio [?] , et minori distinguendo eam: quia neque unus Deus é unum suppositum trahendum Deitate deitate, concedo; in deitate, nõ. Similiter: neque unus hõ é deitate unum suppositum trahendum humanitate deitate concedo, in deitate, nõ. Et quod unus D. et unus hõ semper affirmatur supposita in recto, et naam in obliquo, quod unitas aliquando venit ex pte. suppositi, aliquando venit ex pte. nãe. Nõ. deitate petit, quod veniat ex pte. suppositi, nam ubi cumque venit, satis é ad dicendum duos, unum Deum, et unum hõem: aliquando quod ponenda erit

unitas ex eo quod affert in recto et aliquid ex eo quod afferat in obliquo: haec propositio: tres personae Trinitatis sunt unus Deus ita erit exponenda. Tres personae Trinitatis sunt tales quod subsistens in una est eadem natura Dei. quo etiam modo exponenda est haec propositio tres personae Trinitatis sunt unus homo per casum 2.^m conditionis.

Obiicies iterum. ex duabus illis humanitatibus assumptis à Verbo, resultarent tres personae: ergo ex illis etiam tres homines resultarent. Probatur consequentia ex primis: quia plus deducunt plures humanitates ad multiplicandos homines quam ad multiplicandas personas: sed sufficiunt ad multiplicandas personas, sufficient ad multiplicandos homines. antecedens probatur: quia personalitas supponit et totum substantiale quod à subsistentia habet formalitatem naturae in se per quod denominatur existens in se: sed hunc darent tria tota substantialia quae à subsistentia Verbi denominarent per se existentia in se. ergo etc. Confirmatur: quia ex humanitate resultat ad dandum totum quod per se existit et nulli communicatur. sed tria ex humanitate resultat illud aliud totum. ergo etc. Argumentum supponit humanitatem unitam Verbo per subsistentiam personalitati existere per se. quod prius est personali satisfacere naturam existentem per se. Apud nos autem id prius falsum est. natura humana unita Verbo sustinetur nec per se existit, sed in Verbo. ita quod rem est potius omnis sententia dicendo communi. quae nulla aperta est, ut constat ex mysterio Trinitatis. in quo ex tribus personalitatibus et una natura resultant tres personae; nec tamen tres Dii; sed melius ad hunc revert naturalis communis. Adprobat. contra mai. nomine naturalis casum dant tria tota sine unius totius ex pluribus illis humanitatibus et unius personalitatis Verbi.

Solutio praecedentis argumenti tangit difficultatem illam apud Theologos nostri temporis celebrem, an ex duabus

in una natura resultaret unum compositum; in qua quidem in physicis diximus, unum compositum resultare, quod neque homo esset, neque equus, sed aliquid tertium; et equus aut tertia quadam entitate gaudens. Similiter in praesenti materia explurib. naturis in una personalitate resultaret unum totum: nam id, quod resultat ex humanitate et personalitate, et id, quod resultat ex humanitate B et eadem personalitate, non est unum, et aliud totum, imo non est totum. Nam totum ultra quod non est aliquid: at totum ultra humanitatem A et personalitatem Dei est humanitas B, quod non est totum humanitas et Dei personalitas. Similiter in eo casu nemo tenetur: ubi est homo et homo sunt duo homines, quod in illo homo et homo: quod essent duo homines. Minor ostenditur quod in illo casu est homo constitutus ex personalitate Dei et humanitate A et est homo constitutus ex eadem personalitate, et humanitate B. Ad instantiam quod distinguendo maiorem: ubi est homo, et homo, ut modo dicitur, et est homo et homo, sunt duo homines, concedo: ubi est homo, et homo ut modo dicitur, et est in Christo Deus homo et Deus sunt duo homines, nego. Unde ad minorem: quod in illo casu esset homo, et homo ut modo datur et est in Christo Deus homo, et homo, non: ut modo datur et est in Christo Deus et Deus, concedo. Itaque homo, et homo de facto sunt duo homines quod nullam inter se habent neque naturae, neque suppositi unitatem; at in eo casu haberent unitatem suppositi ratione [illegible] et essent unum [illegible] sicut de facto in Christo sunt unum homo. Deus sec. 6. An quamlibet naturam creatam Persona Dei possit assumere.

Sect. 6.
An quamlibet naturam creatam Persona Dei possit assumere?

Difficultates aliquas, quae restant, in hanc rem cogimur resolvendas, ut quid hanc et totam disputationem absolvamus

in q. 1. p.a dif.as an possit Persona D. assumere
naam creatam cum persona subsistentia. Haec diffas in natu
ra de subsistentia et personalitate increata nihil locum in
cum n. dixerimus personam increatam nihil aliud esse ni
si naam completam existendum, et solum cum naturali unio
nis ad aliud substantiale. implicat assumi naam creatam
ad unionem cum naturali unioni: ergo implicat assumi per
sonam creatam: ergo implicat assumi naam creatam
cum persona subsistentia. in hac doctrina convenire debent, quotquot
subsistentiam personam naturae creatae innativo constituunt. Hic
tamen pro terminando re quid fuit pro doctrina et pro amicis D.T. cogita
bus, qui licet subsistentiam personam naturae creatae in nativo con
stituat, ut et nos etiam constituimus; adhuc divinam existentia
docet, posse naam humanam retentam personam personali
tate nativa, assumi per D. Verbi personalitatem. rolli
ue: quod dum naa humana intra maneat in sc. creata
manebit cum personalitate personam nativa: si potest manere
intra increata, quod uniatur Verbo, si videlicet unia
tur Verbo extra, per unionem hypostaticam, ut hujus
unioni humanitas se habeat ut per istetam extra, non ut
sublimitatem recipiens. Et haec quidem docet de uni
one hac extra. nam mox in hujus sensus relabitur sta
tuens, naam creatam nativae personam subsistentiam, non posse
assumi a Verbo per unionem intimam. Itaque in discur
su illo placet, quod unionem veram et realem inter
Verbum, et humanitatem extram dicat humani
tati, aut Verbo; cum et ipsa qui defacto dat X super
hujus dicta Verbum recipiat ut tamen intimum.

Secunda difas est de naa Angelica, an s. possit Per
sona Divina, sicut assumpsit naam humanam assumere naam
Angeli? Negat Aduerta, Vlag. in 3. dp. 2. q. 2. cujus potissi
mum fundamentum: nam in Angelis distinguit realiter supposita,

et naa, ut euidet docere S. Thos 4. 9. Gentes cap. 99. ad
4.m quia naa Angeli n pot assumi, quia assumat supposit.
cum pria psonalitate: S n pot naa creata cum pria subst-
tia et psonalitate assumi, ut Nos nunc dicebamus: ergo
n. potest assumi naa Angeli. Verum oppe tenendum est
poce potuisse a Deo assumi in unitatem hypostaticam
naam Angelicam. quod bene colligitur ex Pl ad Heb. cap. 2.
nam ut talem Dei erga hoes benignitatem ostenderet
ait: nusqm Angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehen-
dit. quem locum de apprehensione unionem hypostati-
cam comt Pp. intelligunt: at si naa Angelica posset
assumi, inepta esset hec Pli argumentatio: ergo est apta
adhuc: quod naa Angelicam habet minorem potentiam ad
unionem cum Deo. imo si quae diversitas, majorem potentiam habet.
ut probat Pl. Suar.: qd de facto individuo modo unita erat
Verbo D. aia separata: qd similiter poterat ei unita naa
Angeli. ideo qd dicebat in Angelis n distinguitur naa a
supposito, ex supra praed intelligendum est, n distingui ab
loco positivo, sed negativo et addito: unde hoc negativum
posset per unionem tolli, sicut et tollit in naa humana.

3 difficile de naa irrationali. an s. Deus n solam naam
rationalem sed irrationalem etiam posit assumere et in unionem
hypostaticam unitatem? Negant ex antiquis Henriquez quodlib.
3. q. 9. Alexander 3. p. q. 11. Albertus et alii relati ar. 1. Ex
recentioribus Pl. Suarez de aia dp. 1. sec. 6. et idem
de Incarnat. dp. 43. sec. 2. hanc tamen oppositam problema-
tica defendunt Ricard. in 3o dist. 2. ar. 1. et Gabri. dis
1. q. 2. ar. 1: huius sententiae fundamenta sunt: 1o quia n pot naa eleua-
ri ad unionem cum Deo, nisi prius disponatur per gram: sed naa
irrationalis n pot disponi per gram: ergo n pot eleuari ad unionem
cum Deo. 2d. nulla creatura elleuari pot ad unionem cum Deo
quae n pot eleuari ad fruitionem Dei: sed creata irrationalis n pot

elevari ad finit. ei subjecti. maj. p. q. oe ee e potentia operari:
q. ee supernatle & etiam operat. supernaturalem: q. summus
ee supernatle, q. ee unitum hypostatice cum Verbo: erit ergo p
creatum naturam operat. supernalem, qui e suum dei. 3ª. via
irrationalis incapax personalitatis: q. p persona irrationalis nequ
etc. q. n pot assumi ad unitatem personalem. 4ª. nulla
fra uniri pot, quin redundat suum effectum formalem: q. quæ ha
bere n pot suum effectum formalem n pot uniri: sed sanctitas
personalitatis n pot habere nam irrationali suum effectum forma
lem sanctificationis getto. 5ª. q. dedecet maiestatem dei
fieri asinum, aut lapidem.

Adhuc est 2ª. sa affirmans, idest posse uniri etiam
et contima. p. 1ª: q. in eo nulla ostendit repugnantia.
p. 2ª. q. Verbum d. in triduo mortis non sustentavit non
unitus corpus exanime et sanguinem e corpe effusum,
t nam corporis et nam sanguinis nullo modo sunt rationales:
getto. 1. Reit Alensis, Verbum in triduo mortis sustenta
re corpus media quadam disposit. relicta ab aia. Verum
n probat hanc disposit. e qn libito affingit. Contra: q. ad
tabai relin quipot in corpe, e aliqd accidens, q. pont
disponere corpus exanime ad unionem hypostaticam,
sed nullum accidens e, q. disponat ad unionem hypostati
cam: p. 3ª: si q. e accidens, q. possit disponere corpus exa
nime ad unionem hypostaticam, illud etiam posset disponere
cuilibet alium natam irrationalem. Reit Gab. mans
isse corpus unitum Verbo n unione sibi inhærente, sed unio
ne, quæ erat tantum in aia, a qua denotabat corpus Verbo
unitum. Sed hoc stare n pot cum prijs dictis, et nam unio
nis, quæ a nobis stabilita sunt: n. n. pot unio ee nisi ubi
utrumque extremum: sed corpus erat sine aia, unde aia
aia, n pot erat ee unitum per unionem, quæ ibi erat in

aia. Whis hic Tertu. lib. de carne Xpti cap. 3. ubi dicet spum S. assumpsisse hypostatice columbam, q[uae] in Iordanem S. Dominus descendit, q[uo]d adducit Tertullian[us] ut[ur] al Marcioni Heretico obijcienti Verbi Incarnat[ionem] myst[erium], sequi Xphum de lupa, aut bacca nasci posse, quasi hoc stultum, et indecens sit.

Aut hinc ad fundata Marij P[at]rem, hunc Tertullian[i] sensu[m] n[on] adducimus, ut id[eo] bem[us] iam factum, sicut nec p[ro]bamus Rupert. qui in opere de D[ivin]is officijs panem et vinum videri in Euchia[ristia], q[uo]d Verbum assumit hypostatice affirmavit. Sed q[ui]a adducimus Tertu. qui reprehenso nullam inde indecentiam, nec turpitudinem agnoscit in eo q[uo]d Xpus de lupa aut bacca p[ro]dire voluisset, et ferre aut pecoris cons[or]tio in dutus regnum coelorum peteret. itaq[ue] asserimus illud ips[um] indecens negat. Deo hanc p[ro]pter ee... ... ... rum q[uo]d dolorum, ut ait Propheta, itamen Deo ... ... decensee ex benignitate et bonitate erga nos ... ... animam assumere. Et hinc patet ad 2[um]. Ad 1[um] ... ... gredi... asserendo naam in dispositiva g[rati]am ad unionem hypostaticam: nam g[rati]a habitualis in Xpto d. n[on] fuit ... ... adunionem, s[ed] p[ro]ut ... causa effectus ... ... Ad 2[um] ... non q[uia] ee q[uo]d naa pont elevari ad ... Dei, ut possit elevari ad unionem: nam ... ... cum operat... ... ... infinitae dignitatis. Ad 3[um] fateor naam creatam irrational[em] necapacem p[er]sonalitatis. s[ed] adhuc ... capax subsistendi, potest subsistere in ... D[ivi]na ... ... Ad 4[um] asserendo naam irrationalem accipere effectum formalem sanctitatis, qui ... in dignitate cultus et adorationis. Hinc e capax ut ... ... Xpti q[ua]e erat adorandam cum ... ... unione ad Verbum

quam licet intrinsece mortis.

Ex his dictis constat potuisse a Verbo Divino assumi immediate partes eiusdem humanitatis v.g. caput, et animam. Imo apud me inintelligibile fere est, quod possit tota humanitas assumi, nisi partes illius immediate assumantur: namque ab aliquibus dicitur, debere non assumi in se. Similiter certe iis capio, cum totum physice consideratur nihil aliud sit nisi illius partes. Constat etiam potuisse assumi etiam immediate sanguinem, et quamlibet aliam substantiam, quae in corpore humano est, sive animata, sive inanimata, sive pertineat ad integritatem, sive ad realem corporis constitutionem. Restat id, quod de accidentibus solet inquiri: an etiam possint haec assumi ad unionem hypostaticam cum Deo? Et ratio, neque quod accidentia non possint, etiamsi uniantur Verbo Divino, constituere cum illo personam patet: quia persona realis non est individua substantia: idest, quod substantia non possit constituere personam. Quo licet personam non constituant cum Verbo, possunt illi vere, et realiter uniri, mihi verius videtur cum R.P. Arriaga disp. 15. sec. 1. n. 26. apud quem Marsilius Albertinus, Gab. Medina sentiunt. R.P. Fernandez disp. 26. sec. 3. et P. Valencia 3. p. disp. 1. q. 4. punct. 1. D. Camporus 3. p. q. 4. n. 261. Alvarez. 3. p. disp. 22. [illegible] 9. et alii apud R.P. Raynaudo lib. 2. sec. 3. c. 1. n. 104. Nec quoad hoc dissentire videtur ipse Raynaudus. Itaque unionem illam accidentium cum Verbo non dico hypostaticam, quia non est ad constituendam personam. Similis sacramentali, qua substantia Christi Domini unitur vere, et realiter cum ratione sacramentali accidentibus panis, et vini nulla eorum substantia. Et haec satis in praesenti sint pro prima controversia disputatione, in qua mysterium hoc quoad existentiam, et possibilitatem indagamus.

Disp. 2.

De mysterio Incarnationis quoad circunstantias, quib. de facto peractum est.

Mysterium Incarnationis possumus et 2.us substantiam, et 2.us circunstantiam considerare, sicut Theologi loquuntur, et 2.us hypostatica et 2.us quidditatica. Cumque in ai expresse mysterium hoc 2.us substantiam in 1.a nostra disp.e exposuerimus, restat ut in hac 2.a disp.e ea quae illud circunstant, exponamus. Magni apud omnes momenti est ipse finis propter quem: ut n. Aris. dicit: omnia quae ratione ducuntur, operantur: Finis sub quem reipsa peractum est hoc mysterium sese in primis offert enucleandus: cum autem finis reipsa secutus, et intentus a Deo fuerit redemptio generis humani, et satisfactio generis humani sive hominum peccatis, multa hinc inde tractanda sunt, et quidem talia, cum quae Theologis magni facienda: quoad conuenientiam, et necessitatem incarnationis intelligendam multum conducit nosse gravitatem malitiae, et offensae, quae in peccato operatur; duximus primam hanc quaestionem de gravitate peccati mortalis in ratione offensae, quae gravitatem aperiat, initio dicere dare.

Q.o 1.a

Vtrum peccatum sit infinitum in ratione offensae, aut in ratione malitiae?

Sec. 1.

Authorum placita referuntur.

In hac difficult. quae celebris apud Scholasticos, aliqui sunt qui multa ratione dissentiunt in peccato infinitatem in ratione offensae,

aut in ratione malitiae. Sed absolute asserunt, peccatum esse infinitum malitiae, seu malitiam peccati esse infinitam. Alii Theologi distinguunt in peccato rationem formalem offensae, et rationem formalem malitiae, et cum dicant peccatum esse finitum in formali ratione malitiae, adhuc divisi sunt circa rationem formalem offensae. Duae hic sunt extreme oppositae sententiae. Prima affirmat peccatum esse infinitum simpliciter, saltem in ratione formali offensae contra Deum. Pro hac refertur Anselmus lib. 1. Cur Deus homo cap. 21. et Sanctus Thomas in 3º dist. 20. q. 1. art. 2. Et in hac 3. p. q. 1. art. 2. Refertur etiam Capreolus in 3º dist. 18. 19. et 20. Caietanus et communis est thomistarum. Refertur que pro hac sententia Illustrissimus Godoi nuper in Salmanticensi Accademia Magister. Ex nostris Hurtado. Comink et Pater Pernal. Dictus Godoi tomo 1. in 3. p. disp. 1. sec. 1.

Sententia extreme opposita defendit peccatum esse simpliciter finitum sive in ratione offensae, sive in ratione malitiae, et solum illi concedit infinitatem aliquam secundum quid et omnino extrinsecam. Ita Scotus, Valdanus, Mr. Soto, Laudenius, ex nostris Suarez hic disp. 4. sec. 7. Vasquez disp. 2. c. 2. Pater Salas tomo 2. in 1ª 2ᵉ tract. 11. disp. 15. sec. 6. Cardinalis de Lugo disp. 5. sec. 3. Pater Oviedo de bonitate et malitia humanarum actionum in 1ª 2ᵉ tract. 4. Arriaga disp. 3. Pater Sparza in perfectionibus divinis, Romanus de incarnatione q. 8. quam quidem sententiam plerique communem dicunt. Eam satis ueri similem dicit Pater Aldrete disp. 4. sec. 2. licet subinde concedat, peccatum habere malitiam simpliciter infinitam ingeneri demeritis ordine ad poenam. Pro hac sententia refertur etiam Sanctus Thomas, ubi 3º Sententiarum dum de re ista loquebatur, dixit, absolute et simpliciter peccatum habere infinitatem. Inexi

quamdam infinitatem per ordinem ad Deum offensum. Simi-
liter adducitur Caietanus, qui in eo commentario dixit:
quamvis peccatum non sit simpliciter infinitum, tamen in suo genere
nempe mali, est infinitum. Ne autem indaginem hanc, con-
cessisse peccato infinitatem simpliciter in genere mali, ad-
vertunt non multi DD. eamdem infinitatem concessisse
a dicti doctoris Dei visio in genere boni: constat autem ab-
omni ejus actu non habere absolute bonitatem infinitam.

Item Amicus de incarnatione disp. 9. multa,
nec iniucunda docet scitu, meque exponenda. Docet que in pri-
mis peccatum mortale in genere offensae, et iniuriae contra Deum
esse infinitum ratione ordinis in quo constituitur, sicut finitum Christum
eundem ordinem. Italoque n. 19 et probat 1° quia illud est infi-
nitum in ordine in quo dicitur constitutum in tali ordine ut excedat in
finitos alios ordines perfectiores, et perfectiores: nam ordo
qui actu, et cathegorice superat infinitos ordines non potest non esse
infinitum: sed peccatum constitutum in tali ordine est in suo ordine in-
finitum. 2° probat, quia illud est finitum intra eundem or-
dinem, quod intra illum potest magis, ac magis perfici
talis autem non intra suum ordinem offensa contra Deum.
Docet etiam peccatum mortale ratione mali et damni, quod pec-
catori natura sua infert, esse infinitum. Ita n. 27. cuius ratio
ab illo est: quia malum, seu damnum, quod peccatum mortale
infert peccatori est infinitum in ratione damni, scilicet poena plena
et infinita in duratione. Docet postea n. 41. peccatum
mortale dupliciter posse ad extremos terminos comparari,
uno modo tanquam ad objectum, a quo mediante cognitione finita fini-
tam contrahit malitiam. Alio modo tanquam ad effectum morali-
ter causatum, a quo infinitam malitiam accipit, quia hic indu-
cit cathegorice illam infinitatis effectum. Ex his docti
huius asserentis dicitur aliter infinitum. Sed apud illum non est pecc-

tum infinitum simpliciter neque in ratione offensae neque in ratione mali; et tamen infinitum tantum fuit, ut ex infra dicendis latius constabit.

Id non omittendum in hac re A. unum, quod specialiter docet a n.° 35. videlicet peccatum occisionis Christi cum certa cognitione Christi commissum esse infinitum malum ratione damni, quod infert Christo: adducit quoque S. Anselmus lib. 2. cur Deus homo c. 14. ubi docet, peccatum occisionis Christi superare incomparabiliter omnia peccata, quae excogitari possunt extra personam Christi, his verbis: peccatum, quod in personam eius fit, incomparabiliter superat omnia illa, quae extra personam illius excogitari possunt. Et rursus: videmus quod quando violationi vitae corporalis huius hominis nulla immensitas, seu multitudo peccatorum extra personam Dei comparari valet. Ubi autem incomparabiliter, dicit Anselmus, idem est atque infinite: quia id quod incomparabiliter superat omnia finita, infinitum est: probat Amicus ex eodem Anselmo quia maior et gravior est destructio quo maior et nobilior est bonum, quod destruitur: sed humana vita Christi est bonum incomparabiliter superans quodcumque bonum creatum, et infinitorum hominum, aut mundorum etiam: ergo destructio humanae vitae Christi est maior quam destructio infinitorum hominum, aut etiam infinitorum mundorum: hoc ... infinitorum hominum, et infinitorum mundorum esset infinita: ergo peccatum occisionis Christi destruens vitam eius, ... etiam infinitos homines, et infinitos mundos infinitum ... quidem intensive, seu causaliter, quatenus voluntarie infert, ... atque ... infert Christo infinitum damnum.

Confirmat 1°: quoniam vita humana Christi infinitae dignitatis, et valoris: ergo qui scienter illam destruit etiam ut infinitam eam cognoscat infinitum infert dam

nis Xpto D. quia tale peccatum est infinitum ratione damni illati.
Antecedens probatur: 1° quia humanitas Xpti D. habebat infini-
tam dignitatem desumptam a persona Verbi, cui hu-
manitas est hypostatice unita, sicut actiones humanitatis
illius habebant infinitum valorem in ratione meriti, quia sunt actio-
nes humanitatis hypostatice Verbo unitae. Constat 2°. quia
Xptus D. offerendo suam humanitatem morti in obe-
dientiam Patris obtulit Patri donum infinitum: ergo qui
scienter destruit eandem humanitatem, destruit bonum
infinitum: ergo infert malum infinitum. Constat 3°. quia de ipso
dicitur quod duxerit nobis bonum infinitum, sicut partes dedu-
xit naturalem unionem partium humanitatis: quia deberet
producendo eandem unionem producit Xptum, seu hominem
Deum: unde in hoc natura humana Dei natura est; ergo qui des-
truit unionem illam naturalem, destruit bonum illud infi-
nitum, sicut non immediate et finaliter, mediate saltem, et consequenter
quatenus qui destruit unionem naturalem inter animam, et
corpus Xpti D. destruit totum compositum humanum, seu
hominem qui ex partibus unitis constituebatur. Hic in probationibus
et confirmationibus huius doctrinae adducit P. Amicus, qui tan-
dem addit n.° 69. ratione qui reipsa occideret Xptum
ignorata eius divinitate, etiam quia occideret pu-
rum hominem, invincibiliter putaret esse Xptum, contraheret infi-
nitam malitiam ad culpam imputabilem.

Hanc libuit ex P. Amico adducere quia certe specialiter
continet doctrinam, quam non fuisse specialiter explanatam a Theologis
qui post illum scripsere, satis miror. Solum inter scripto-
res, quos vidi, P. Cardenius eam tangit, et vix Ami-
cum refert, quem, ut ipse ait, ad manum habuit, dum
ageret de ista. Amici doctrinam communiter retulimus, de
Xpticidio docet Cardenius h. primo tract. 1. disp. 3. dub.

3. sec. 1. ubi ait regulariter nullum peccatum esse infinitum tametsi aliquod possit dari peccatum intensive infinitum simpliciter. Explicans autem quomodo possit hoc peccatum simpliciter infinitum docet, sive Christicidium cum certa cognitione de Divinitate hypostatice unita humanitati Christi. Ibi n. 240. Ubi tamen advertit, hanc infinitudinem non esse reducendam ad genus intentionis, siquidem hic voluntarii ex cognitione infinite intensa fieri deberet; nec reducendam ad genus infinitudinis in ratione offensae, siquidem talem infinitatem esse extrinsecam, et ipse probaverat sec. 3. Sed reduci debere ad infinitam gravitatem damni illati ex illa occisione. Tandem n.° 290. quaerens: an illi qui execrati sunt Divinitatem Christi eum reipsa occiderent, sub hypothesi quod reipsa purus homo intus fuerit putans immortabilitatem esse Christum, dicentur 2° habere infinitam malitiam ad culpam imputabilem. 9° affirmat eum. Ex Amico enim, ut apparet, tota haec doctrina, quam in comitiis generalibus suis celebratis a Religione Padres à Mercede defensatam vidi sub Prudencio, et posset etiam ex nostro Amico.

Sect. 2.

Præmittitur, qua ratione peccatum sit ofensa Dei?

Pro maiori dicendorum claritate supponimus in quolibet peccato lethali, prout a nobis videbitur, et rationem malitiae, et rationem offensae. Ratio malitiae, prout detegitur in peccato ex difformitate ad regulam legis, peccantem, cum ratione dictante, quae ipsa non rationali voce, scilicet in positivo sitat: sive obstat in negativo defectu ex privatione, quae rectitudinis debitae, quae quidem sunt per diversitatem saltem, quae censentur distinctivo peccati: Illud in loco ergo malitiae

hanc, seu rōem fralem culpę, et peccati, saltem in dd subli-
tate physica exponi abstrahendo à Deo legislatore,
rerumque omnium Domino, solumque intelligi, et fundari
eiusdem rōem malitię in ipsa tendentia actus in obiectum
difforme rōni, seu rōnali, aut legi alicui; et hęc mali-
tia rō etiam in peccato commissionis, quę pro inde solet
exprimi ex obiecto determinato, v.g. malitia furti in eo sita
q̃ sit rei alienę usurpatio inuito domino. Extra hanc
malitię rōem considerari potest, in peccato rōem offensę,
quę quidem semper intelligitur esse cōa personam aliquam,
cuius violatur ius aliquod: nam ut ob͡s constat, offensa est nisi
nisi cōa aliquem: at nō potest cōa aliquem esse nisi violando
ius aliquod illius.

Igitur ut ad propriam difficultatem huius § pro-
grediamur, duo sunt in hac sec. examinanda breuiter.
Sunt. 1um: an omne peccatum factum, saltem cum cogne Dei
existentis, et prohibentis sit uere et proprię iniuria cōa Deum,
et illius offensa? 2um: an hęc rō formalis offensę, cum
quo in omni peccato dicitur cōa Deum addat aliquid supra rōem
formalem malitię, quę ex ipso obiecto determinatur, et quid sit
hoc malitię additum in rōe offensę? in 1a difficultate quan-
to nō desunt qui dixerint nō fieri formalem iniuriam Deo
in omni peccato, etiam cum cogne Dei existentis, et prohiben-
tis, imo in nullo reipsa fieri talem iniuriam, licet ani-
mus ipse, et praui ueritatis affectus sit formaliter facien-
di iniuriam Deo, aut illum reipsa offendendi. Vi-
deturque hac referendus Card. Vazq. 1. p. disp. 89. c. 4. n.
24. ubi docet nullum nimis peccatum esse formalem iniustitiam
cōa Deum: quia nulla creatura aut peccatis suis, aut alio modo
Deo damnum inferre, quandoque damnum illius sit.
Vtalia docet in hac 3. p. disp. 1. c. 4. nº 30. ubi asserit,

hoīs ñ peccare contra iustitiam erga Deum violando iustitiā
seu peccatorum non violare iustitiam erga Deum, quia iustitia
est inter aequales; sed generali quadam ratione contra Deum pecca-
re. Refertur ab aliquibus, et haec sententia est P. Molina, et
Becano, et quot quot non admittunt veram rationem iustitiae in-
ter homines, et Deum. Ego vero, cum mihi de iustitia agendum sit de
hominibus erga Deum, aut de Deo erga homines sequentia
quae dicuntur. Nunc dicendi modus ex SS. Patribus ad sacra-
re, sicut sub titulo, nullum, quem viderim, audiat asse-
rere peccatum non esse offensam contra Deum, sed peccatum
non esse i.e. iniuriam, aut iniustitiam contra Deum.

Asserendum est 1° peccatum esse et graviter esse of-
fensam Dei seu offensam contra Deum. Hanc dicit esse de
fide ait P. Oviedo de peccatis tract. 6. contro. 2. p. 1.
Adducit et haec docta loca illa S. in quibus dicun-
tur peccatores contra Deum ire, ambulare etc. Addi-
dexim ego praeterea locum illum Malachiae 1. Filius
honorat patrem, et servus dominum suum; si pater ego sum
ubi est honor meus, et si dominus ego sum, ubi est timor
meus? Et alia quae ibi sequuntur, in quibus honorem
domini, et timorem, tamquam sibi debitum requirit a peccato-
ribus, a quibus quia timore et honore Deum non colebant, despi-
ciebatur Deus, et inhonorabatur. Si autem haec offen-
sa non sit, quid sit offensa prorsus ignoro. Sicut etiam advo-
cari potest Isaiae locus c. 43. Servire me fecisti in peccatis
tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis: quae sane verba
querelam Domini important adversus peccatores, qui re-
bus a Deo creatis contra ipsum, eisque, imo contra Deum ipsum inor-
dinate abutuntur: quae ratio rationem offensae contra Deum in pec-
cato perficiunt. Confirmatur amplius haec doctrina ex 2a dicto, in
quo non ratio offensae, sed etiam iniuriae, ratione, et iniustitiae
contra Deum in peccato invenire dicemus. Sunt ergo quae

ut cum que vos offensi contra Deum in peccato reddant. cum tineram, et rigorosam iniuriam seu iniustitiam contra specialis iustitiae virtutem illi denegare velint.

Secundo quod nobis asserendum est, in quolibet peccato facto cum cognitione Dei existentis, et prohibentis dari veram et rigorosam iniuriam, seu iniustitiam contra Deum. Doctrina haec est fere communis Doctorum quos paulo ante retulimus: est etiam contra P. Oviedo de [illegible] tract. 9. contr. 8. p. 4. qui licet cum P. Vasquez docet in peccatis non dari veram rationem iniuriae contra Deum, quia ex parte Dei non agnoscit veram rationem iustitiae adversus homines. Pro nobis est S. Thomas in opusculo disp. de iustitia sec. 2. et P. Ruiz de Montoya de voluntate disp. 98. sec. 9. P. Raynaudus de Deo homine lib. 3. sec. 1. c. 1. et in morali theologia dist. 4. n. 259. Itaque lib. 4. de virtutibus n. 393. refert Richardus Victorinus lib. de potestate ligandi atque solvendi cap. 23. Probatur ex S. Thoma quia iustitia est virtus, quae inclinat ad tribuendum unicuique quod suum est ratione dominii: Ergo contra iustitiam erit auferre ab aliquo, aut uti re aliena invitis iis, qui illius sunt ratione dominii: sed Deus est et habet rerum omnium dominium: quia instituit a dictas, et ad earum usum: Ergo hoc posse quod facere contra iustitiam malitiam iniuriae, seu iniustitiam contra [illegible], sive res illa sit utilis aut inutilis Domino, sive Deus nocumentum patiatur, sive non patiatur nocumentum in [illegible], vel alium. Hanc rationem explico et confirmo supponendo Deum habere [illegible] legis [illegible] et [illegible] quod ad [illegible] dictis pertinet. Deus enim proprietatis et dominii [illegible] creaturas, ratione cuius nemo possit iure re aliqua uti contra [illegible] voluntatem, quia si quis re aliqua utatur erit in iustitia, quia erit [illegible], seu usus rei alienae invito domino.

Hinc confirmo et explico rationem S. Thomae quia [illegible]

ius dominij, et pietate, ut dictum est in iure omnis creatae: si quidem nolle ne quis re ulla utatur contra suam ipsius voluntatem: quod potest etiam per legem et imperium manifestare hanc ipsam voluntatem. Est hac ratione qui palatam utitur re non sua, et invito Domino, scilicet Deus prohibens mentiri: manifestat se nolle nos uti lingua et labijs ad verba mendacij affirmanda et exterius afferenda: ergo qui mentitur lingua utitur, et labijs contra voluntatem Dei, et invito Domino rem non suam usurpat in usus à Domino prohibitos: ergo contra ius Dei operatur, sive usus ille cedat in Dei nocumentum, sive non. Satis non est adminiculum quod sit contra ius, et voluntatem domini, et hinc exerceri malitiam ab adversariorum, qui veram rationem iniustitiae in alterius nocumento non agnoscunt. Similiter potestate formari argumentum in peccatis omissionis: quando non Deus iubet obedire Ecclesiae scilicet in audiendo Sacrum manifestat se velle, ut potentijs utamur ad eum finem. Ergo qui illis in eum finem non utatur contra ius Dei omittit potentiarum usum, non secus atque mancipium contra ius domini omitteret se exercere in ijs, quae à domino imperantur. quis non neget, aut inficiatur, mancipium ex iustitia teneri ad faciendum ea quae sibi à domino iniunguntur, et ad non faciendum ea, quae à domino prohibentur.

Hinc iam tandem constabit etiam quid sit illud, quod offensa Dei dicitur in peccato ratione malitiae, quod erat alterum superius explicandum. Itaque non consistit in eo quod sit contra Deum legislatorem, et amicum ut ait Sorca 1.2. q. art. 11. nam legislator ut talis habet ius proprium iubendi, ut illi obediatur: potestate etiam legislativa se opponitur, sed aliter inobedientia, non iniustitia. Similiter amicitiae, aut benevolentiae non iniustitia, sed inimicitia

aut odium correspondet, vel saltem ingratitudo. Itaque non consistit forma in disconvenientia ad naturam rationalem, ut vult P. Vaz 1.2. dsp. 16. c. 2. et dsp. 100. c. 6. neque in ingratitudine, ut etiam vult Suar. de poenitentia q. 82. ar. 4. dub. unico. Neque pariter consistit in malitia ipsa formali quatenus obiectum Deo displicenti, ut docet P. Gaspar Hurtado de peccatis dsp. 1. difficultate 7. nam dignitas obiecti Deo displicentis, parum consistit in tota malitia formali; etiamsi malitia illa non ullum esset speciale ius Dei: tota enim Dei sanctitas, quae malitiae peccati opponitur, satis esset ad illam displicentiam. Itaque non parum inconsistit, quod quis peccat sciens et advertens illud suum peccatum Deo displicere, ut docere videtur Card. de Lugo dsp. 4. de peccatis §. 1. dubio 3. Consistit ergo propria ratio offensae Dei, ut ex nostra doctrina constat, in propria ratione iniuriae, seu iniustitiae, quae datur in peccato quatenus contra ius dominii, quo Deus gaudet in omnes res creatas, et in omnem earum usum.

Sec. 3.

Peccatum non est absolute et simpliciter infinitum neque in ratione malitiae, neque in ratione offensae.

Ultima haec est 2a sententia quae apud nostros DD. communior. Ante cuius explicationem et probationem praemitto cum P. Arri. sec. 2. et 3. aliqua hic admiscuisse de voce, aliqua vero de re, quod et P. Hurt. vidit, infinitatis in peccato assertor dsp. 9. sec. 1. Primo in primis dixi an et quomodo peccatum sit offensa, seu iniuria, aut iniustitia contra Deum, de quo iam non egimus sec. proxime ante: de re etiam dico, actum peccati esse in genere entis finitum, malitiam quae illius, et offensam neque multitudine, neque intensione actus esse infinitam. Peccata etiam in hac vita neque committit peccata non infinita

neque committit aliquod intensione aut conatu infinito. 3° dixi est non quodlibet peccatum esse summum, quod dari aut fieri possit. Sin mortalibus, etiam peccatum pro uno est maius alio, quod ipso etiam naturae lumine constat, maius enim peccatum est Regem, quam plebeium occidere: et hoc videbatur Stoicorum dogma asserentium omnia peccata esse aequalia, et omni etiam virtuti parem esse, ut Cicero ait Paradoxis: aequales esse virtutes, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forte fortiorem nec sapiente sapientiorem posse fieri. Unde concludit cum Stoicis, quod virtutes pares sunt inter se, paria etiam esse vitia necesse est: utrumque tamen est contra fidem, namque Christus D. asseruit: qui me tradidit tibi maius peccatum habet: et rursus scriptum est: qui iustus est iustificetur adhuc, qui sanctus est sanctificetur adhuc.

4° pro tota dixi est omni peccato mortali correspondere poenam aeternam, seu in duratione infinitam. An autem hoc sit esse infinitam in ratione poenae, et an idest, et oritur ex ipsa peccati mortalis infinita indignitate et natura. Annon ab extra Dei lege, aliqua in re alia, hic apud theologos ex dicendis dirimenda. Restat ergo ex magna parte de noxa quae in peccatis quod est offensa Dei infiniti, et cui correspondet poena infinita dum sit infinita simpliciter in ratione malitiae, aut offensae; annon infinita tantum quia eo quod habeat quamdam infinitatem, ut Scotus Thomas theologi vel in ratione offensae, vel in ratione demeriti, seu indignitatis ad poenam. Quod vero mihi videtur, nullum est peccatum, etiam mortale, absolute et simpliciter infinitum sit, in ratione malitiae, vel in ratione offensae. Hinc autem apud me infertur contra Thomas et Aldrete, et contra Patrem Amicum nec infinitum esse in ratione demeriti ad poenam, cum poena correspondere at culpae proportione quadam, saltem Geometrica. Sin sit peccatum infinitum in ratione culpae, non potest esse infinitum in ratione ad

poenam, seu in satisfaciat ex se dignum ei infinita poena. Utique
quia non aliunde sufficienter posset probari, et ita a multis solu-
tione eorum quae contra infinitatem peccati solent afferri. Et quia
aliqua etiam sunt, quae non sufficienter id ostendunt, quae
de infinitate narranda intendunt, aliquod saltem eorum
distinguendum in praesenti fuit.

Probant quidam aliqui hanc nostram doctrinam: quia cum
peccatum sit maius alio, ut supponimus, imo nullum sit ultra quod
non possit maius aliud peccatum dari: ergo nullum est infinitum
simpliciter in ratione mali, neque in ratione offensae. Consequentia: quia infini-
tum quia infinitum est, non potest augeri: hoc enim ipso quod recipiat
augmentum, supponitur esse finitum, ut videtur in linea quae
quia finita potest magis et magis augeri in longitudinem,
est finita: quae vero non potest quoad longitudinem augeri
infinita est. Confirmatur ex Cardinali de Lugo, ut sibi videtur
a priori: quia malum simpliciter infinitum in ratione mali
est illud quo non potest excogitari aliud maius malum: conti-
net enim in se omnem malitiam excogitabilem, sicut bonum
simpliciter infinitum in ratione boni est illud, quod continet in se omnem bo-
nitatem excogitabilem, et quo non potest excogitari
aliud maius bonum: nam licet loquendo de infinito in
quantitate possit fortasse intelligi unum infinitum maius
alio, hoc tamen non habet locum in infinito perfectionis. Et confirmatur
ulterius: quia meritum Christi est simpliciter infinitum in ratione
meriti, ex quo fit, non possit aliud maius meritum excogita-
ri, et omnia opera Christi esse aequalia in ratione meriti, licet sint
inaequalia in bonitate morali.

Multa sunt in hac probatione, quae patiuntur non omnes ex-
tis, et in primis non posse unum infinitum maius alio difficultate
non vacat, ideoque negatur a multis, sicut ab aliquibus aliis non expo-
natur, ut dicant non posse unum infinitum quia infinitum finitate,

et reduplicative esse maius alio: potius materialiter et specificative:
adhuc tamen, quo modo hoc sit intelligendum, quod veritatem
apud me tenet, non omnino esse neque firmum apud alios est. 2°
nullum esse peccatum, quo maius aliud dari non possit, licet mul-
tis verum appareat, quibus et ego assentior, alijs tamen falsum
videtur etiam ex ijs, qui nobiscum infinitatem peccato dene-
gant: nam Card. Arr. hic n° 10. docet posse esse peccatum
omnium maximum, illud videlicet, scilicet quod est contra nullum ali-
ud maius peccatum videat, nec tamen illud esse infinitum: quod ipse
docet consequenter ad ea, quae docuerat de creatura omnium per-
fectissima ex possibilibus. 3° id, quod adducitur de meritis Christi
D. à Cardi. de Lugo scilicet ea esse aequalia in ratione meriti, quae
infinita sunt, explicatione indiget, et dico: possunt etiam con-
siderari operationes Christi D. ut procedentes, et dignificatae
à Pers. Verbi D. à qua dicuntur etiam infinitatem ex-
haurire, et in hoc sane aequales omnes sunt: nam omnes eius
omnes operationes, quae conveniunt in eo quod ab humanitate pro-
cedant Verbo D. unita: possunt etiam eiusmodi operationes
considerari, ut versantes in speciali materia virtutum, et in hoc pos-
sunt dici habere aliquam rationem inaequalitatis, et in bonitate,
et in merito.

Hinc posset argui, et probationibus aliquatenus
solutio aptari, scilicet concedi posset dari in peccatis mortalibus
omnimodam aequalitatem in ratione formali offensae contra Deum: nam
omnia in eo conveniunt, quod contra Deum sunt, et hinc desumi eorum
infinitatem in ratione offensae. At non dari in illis inaequali-
tatem in ratione alia speciali, quae vel ex obiecto speciali, vel ex materiali
desumitur, quam vel ipsi Stoici concedunt, qui aequalitatem pec-
catorum defensabant, ut patet in Cicerone in eo paradoxo
3°: in quo peccatur id potest aliud alio maius esse, aut mi-
nus; ipsum quidem illud peccare quoquo verteris unum est.
Inde posset forte non incongrue responderi, peccata varia qua

roe infinita sint equalia ei: nam eorum infinitas consistit in indivisibili fraliter, s. in eo quod a Deum sint etiam illiq ledant: qd autem in hac, l, in illa mat in hac, l, in illa spe peccatur, id est per accidens, et solum materialiter se habet ad infinitatem illam, sicut et de merito Xpti dicebamus. Itaque ri diriti solutio hic in eo qd dicatur posse esse posse unum peccatum et maius alio in roe malitiae; n in roe offensae: crescere n. pot crescere malitiam, quin et ad offensa crescat: plus n. offenditur D. homicidio, qm furto, ut patet. Plus etiam offenditur furto statuae aureae, qm plumbeae: nec pari supplicio afficiendos earum fures iudicabit, ut legumlatores in Areopago Atheniensi fecere.

Crescit ergo in peccatis roe malitiae, et quo crescit malitia peccati, crescit etiam Dei offensa, qui maiori peccato plus offenditur: adhuc tamen discrimen hoc plus infinitatem et quae [illegible] desumitur ab A.A. qui illam tuentur ex eo quod D. graviter offendatur: ideo possunt A.A. oppositi [illegible] arguto. Unde distinguendum est antecedens: possunt peccata et maius alio in [illegible] illa roe, unde desumitur roe infinitatis, nego: in aliqua alia roe, quae huic infinitati ex parte malitiae adiungitur, concedo. Et hinc ad 2um antis partem: nullum est peccatum, ultra qd non possit maius aliud peccatum dari in roe illa finali offensae Dei unde desumitur infinitas, nego. in roe alia, quae se habet ex parte mat, et quasi per accidens adiungitur infinitati omitto. Ad 1m Ipsum ex cardinali de Lugo similiter distinguo posset: malum simpliciter infinitum in roe mali illud, quo non pot excogitari aliud maius malum, sit malum infinitum in suo genere, omitto: sit malum infinitum in pati aliquo genere nimirum offensae, nego. Sit etiam subdistinguo: in prima roe mali, unde desumitur infinitas, concedo: in aliqua alia roe

quas infinitati adiungitur ratio. Itaque cum non possit aliquid aliis Deo maius excogitari, in quem offensa fiat, non potest peccatum habere fundamentum excrescere, cum non possit peccatum fieri in aliquem Deo maiorem. At in aliis a dicunt, et crescere potest, et decrescere. Ad 2um constat ex iam dictis.

Sec. 4.

Vera, et prima ratio, quare peccatum non habeat infinitatem simpliciter.

Rationem ... discussam doctrinam causam ... alii sunt, qui ... et ... nituntur, eas ... proponamus. Prima ... ratio ... offensa Dei esset infinita in ratione ... offensae ... unde limitaretur in ratione ... offensae ... unde limitet in ratione ... offensae ... in ratione ... offensae non esset infinita. ... et ... admittit ... infinitus ... ut antea dicebamus, infinitas ... et reduplicative qua infinitus ... unde limitet, implicat contradictionem, quod qua infinitus ... finiatur. ... ad ... offensa Dei, ut ... habere unde limitetur in ratione ... offensae. Probatur ... ex ipsa ... in ... ad ... offensae ... in offendente cognitionem personae, in quam offensa ... sicut ad ... causae ... in operante cognitionem ... sublimitatis ... personae offensae sit finita in offendente habet offensa unde limitetur in ratione ... offensae ... cognitionem Dei offendentis finita ... offensa ... in Deum habet unde limitetur in ratione ... offensae ... solus Deus possit habere infinitam cognitionem Dei, solus Deus posset infinite offendere Deum, ... aliquo modo posset offendere Deum: ... non potest Deus seipsum offendere, neque est possibile alium Deum ... quod offendat, inde tandem ... impossibile ... offensa Dei in ratione ... offensae.

Multa praestringimus in hac nostra probatione quae omnia in unam illam propositionem deveniunt, scilicet, si cognitio personae offensae sit finita in offendente, sit offensa unde limitetur, et unde finita sit in ratione formali offensae. Itaque propositio illa sua explicatione indebitur. Et quidem in primis constat, esse maiorem aliquam personae offensam, quo maior, seu clariore cognitione illius in offendente. et esse minorem offensam, quo minus seu obscuriori cognitione illius, imo contingere posset, nullam esse formalem offensam alicuius personae, quia nulla fuit cognitio illius in offendente. patet in humanis: siquis enim nocte obviam Regi factus, illum quem non cognoscens offendat, non offendit illum formaliter ut Regem, neque offensa tunc mensurat ex dignitate personae offensae, sed ex cognitione imperfecta illius. 2.º in divinis: omnes enim ex doctrina SS. Patrum conveniunt in eo, quod Deus plus offendatur ab eo, qui maiorem et clariorem Dei notitiam, et cognitionem habet, quam ab eo, qui tantum minus imperfectam, et valde obscuram habet notitiam Dei. Unde non nulli dicunt, et satis consentiunt Deum non formaliter offendi ab eo qui haberet invincibilem ignorantiam Dei, peccatum quo illum habere non foret theologicum, et formaliter contra Deum, sed physicum tantum modo, et contra rectam rationem: ergo evidens, maiorem, aut minorem cognitionem personae offensae efficere ut maior sit aut minor offensa in ratione formali offensae: ergo si finita sit cognitio offensi in offendente non erit formaliter infinita offensa.

Confirmo adhuc, et explico: supponamus aliquem peccare cum infinita cognitione Dei, sive cum cognitione infinite clara illius, quod quidem peccatum impossibile est, cum et quod ipsum impossibile sit, aliquem peccare cum cognitione clara Dei etiam finita: Sed argumenti, et doctrinae capacitas ab illa hypothesi impossibili: certum est, eiusmodi peccatum cum infinita cognitione Dei fore infinitum in ratione formali offensae: ergo quanto decrescit cognitio Dei ab illa perfectione cognitionis

infinitè tantum decreverit peccatum ab illa ratione offensae infinitae:
ergo quodlibet peccatum à creaturâ commissum sub cognitione finita Dei
decreverit infinitè ab illa perfectiori cognitione infinita: ergo quodlibet
peccatum sub cognitione finita Dei tractum commissum à creatura
decreverit infinitè ab illa ratione offensae infinitae. Ratio est quia
cum cognitio personae deducat in peccato ad rationem offensae ergo
decrescit cognitio à perfectiori cognitione infinita decreverit etiam pec
catum ab infinitate offensae. Explico adhuc, et confirmo 2.º quia
persona offensa non concurrit ad gravitatem offensae ratione suae
entitatis: sed quia quod proponitur ab intellectu mediâ suâ cognitione:
ergo quanto obscurior et imperfectior est cognitio, qua proponitur
eo minor est gravitas offensae: sed quando proponitur cognitione
finita proponitur per cognitionem imperfectiorem infinitè cognitione
infinita: ergo quando per talem proponitur cognitionem est infinitè
minor gravitas offensae: ergo sicut cognitio decrescit ab infinita ad
finitam, offensa etiam decrescit ab infinita ad finitam.

Confirmo 3.º a paritate Beatitudinis, supponendo
nullam creaturam esse infinitè beatam, quamvis Deus clarè videat:
unde sic argumentor: ideo homo Deum videns non est infinitè
beatus quia Deus non constituit hominem beatum ratione suae entitatis sed ut vi-
detur, sicut possessus per visionem creatam, et finitam: un
de homo est finitè beatus, magis vel minus prout major, aut mi-
nor perfectior visione Deum possidet: ergo cum Dei majestas
non ratione sui, sed ut cognita, et praecognita per cognitionem concurrat ad
gravitatem offensae non poterit refundere gravitatem infinitam
in actum peccaminosum nisi cognitio sit infinita. Confirmo 4.º si cog
nitio Dei majestatis tantum decrescat in creatura, ut solum attin
gat usque ad semiplenam deliberationem reddidit offensa Dei
levis, licet aliquando materia sit gravis: ergo si tantum decres
cat cognitio eius, ut ab infinita decrescat in cognitionem finitam
reddit offensam finitam. Contra videtur obstare: quod si stante eadem
Majestate infinita Dei offensa decrescit à gravi in levem

ex defectu plenæ cognitionis, cur non deceret etiam ab infi-
nita ad finitam ex defectu cognitionis infinitæ? Et hinc de-
sumitur disparitas inter offensamque in Deum, et me-
rita Christi Domini: nam ad offensam, ut dictum est, non concurrit cog-
nitio ad suam infinitatem. Sed ad quod est à nobis cognitum: at vero
ad merita Christi Domini dignificanda concurrit in persona Christi
D. Deitas quæ ad suam infinitatem physicè, et realiter unita hy-
postaticè naturæ humanæ, cuius sunt operationes.

Ad vim hanc delimitationis cognitionis finitæ po-
test ex illustrissimo Doctori recurri 1º cognitionem sicut finitam pro-
portionari ad offensam infinitam: nam sicut cognitio Dei offen-
si sit inferioris ordinis adhuc distinguit gravem Dei offensam
in ordine quodam superiori, cui nequit satisfactio puræ creaturæ
adæquari. 2º: nam quod offensa constituatur in eo or-
dine superiori nullatenus desumitur à cognitione, quæ præsupponi-
tur iam ex parte peccatoris ad gravitatem offensæ; sed ex gra-
vitate materiæ, circa quam est peccatum. Cæterum quod dicatur peccatum
constitutum in ordine superiori intelligendum est de superiori adæquatæ
satisfactionis puræ creaturæ, ut promereatur amicitiam Dei amissam;
quia qui graviter Deum offendit, et illius amicitiam destituit
non habet ex se aliquid, quo possit sufficienter ad eam Dei ami-
citiam pervenire per modum æqualis satisfactionis, ut paulo infra
dicemus: quid autem hoc refert ad superioritatem illam, vel
inferioritatem cognitionis? recurri posset 2º cognitionem non esse rationem forma-
lem ex parte personæ offensæ ad refundendam gravitatem in
actum; sed tantum modo conditionem ex parte personæ offendentis, quæ
requiritur de necessitate: sed adhuc quidquid de illa dicatur, certum
est quod sive per modum conditionis, sive per modum rationis formalis concurrat
cognitio, adhuc non promovet, quia minori cognitione ex parte offen-
dentis crescit, aut decrescit offensa, ut diximus.

Recurri ex eodem Auctore adhuc posset, quod licet cognitio
Dei, quam per fidem habemus finita sit, adhuc non promo-

da ignorantia: n.n. Deus latet eam, sed potius in-
finita Dei Maiestatis offensa: ergo licet utcumque concurrat,
non impediet transfusionem infinitae gravitatis. Et confir-
matur hic responsio: nam licet cognitio, quam lateret supe-
rioritas Maiestatis offensae posset impedire transfusionem
superioritatis ordinis in offensam, illa tamen quam superi-
oritas Maiestatis non latet, quamvis inferioris ordinis sit,
non impedit transfusionem superioris ordinis in peccatum:
ergo similiter licet cognitio sit finita, dum tamen non lateat
infinita maiestas Dei offensi non impediet transfusionem
infinitatis in offensam. Ad responsionem hanc fateor
dari omnimodam ignorantiam Dei, sed aliqualem cognitionem
quam de Deo, vel per fidem, vel per rationem naturalem homines.
si n. esset omnimoda ignorantia Dei non esset formalis Dei offen-
sa. Sed tamen contendo hanc aliqualem cognitionem esse eam, ut
Dei offensa limitetur, nec in infinitam evadat: cum et
ipsa cognitio finita sit et eo minor sit offensa, quo minor cogni-
tio. Confirmatur evidenter supponendo gravem Dei offen-
sam esse in ordine superiori quam contra Deum: quia superioris
ordinis ad creaturas: quod quidem non ita intelligen-
dum, ut iam dicebamus. Et quamvis sit gravis Dei offen-
sa contra amicitiam Dei quam destruit, consistit in ordine su-
periori in animam quae satisfactionem patitur. Ad hanc
autem superioritatem acquirendam satis est qualiscum-
que cognitio Dei, dummodo sit sufficiens et deliberata ad
grave peccatum committendum contra Deum.

Sec. 5.

Ulterior probatio, et responsiones quaedam.

Responsionem hanc secundo factam fortissimam duco in hac
quaestione; adhuc tamen fulcire eam aliter possumus et illam
2º probare: quia quod finitum tantum dotat a finito infinitum,

& peccatu mortale in ratione offensae finitae tantum distat a finito: ergo peccatum mortale in ratione offensae finitum est. Maior ex ipsis terminis nota est, in materia infiniti: minor probatur: quia peccatum veniale in ratione offensae finitum est. Et peccatum mortale etiam in ratione offensae finitae distat a veniali: ergo finitum est. Maior

hic 2a supponit, nisi velimus Deum infinite offendi per peccatum veniale, quod manifeste falsum est: minor probatur: quia peccatum mortale tantum modo distat a veniali etiam in ratione offensae per id, in quo formaliter differunt, sed id, in quo formaliter differunt, finitum est: ergo etc. Itaque peccatum mortale neque excedere, neque distare a veniali per id, in quo formaliter conveniunt tam mortale peccatum quam veniale: ergo si excedit, distatque ab illo per illud, in quo ab illo differt: sed hoc est quid finitum: patet: nam utrumque convenit in eo, quod contra Deum, aut legem illius sit: differunt que in eo, quod mortale sit contra Deum in materia gravi, veniale in materia levi: sed haec diversitas, seu differentia, aut distantia finita est: ergo etc. Confirmatur: quia finitum additum finito non potest constituere infinitum: ergo ex duobus praedicatis, quorum utrumque finitum est, non potest resultare offensa infinita: sed peccatum mortale ita est, et resultat ex duobus praedicatis, quorum utrumque finitum est: scilicet quod sit contra Deum, et quod sit in materia gravi: ergo peccatum mortale infinitum non est: patet hic minor: nam quod peccatum sit contra Deum non dicit infinitatem, ut constat in veniali. Rursus quod in materia gravi sit non dicit etiam infinitatem, nisi forte materia sit infinita: ergo utrumque finitum est.

Rursum posset, aut etiam solet, ab aliquibus … dendo peccatum veniale esse infinitum in ratione offensae: ita videntur tenere potius aliqui ex iis, qui nullam puram creaturam posse satisfacere pro suo peccato veniali defendunt. Et quo mo

id defendi possit de infinitate infra videbimus. Modus 2dus hanc solutionem obstat 1o, ut advertit etiam Mr. Godoi, cui theologorum sit oppositum docens de peccato veniali; satius quippe foret infinitatem offensae peccato mortali denegare, quam ob illam defendendam in hinc inde salebras incurrere concedendo, quod peccatum veniale sit etiam offensa Dei infinita quod, ut ego sentio, est falsum. Unde obstat 2o: nam offensa infinita est offensa gravis: sed peccatum veniale non est offensa gravis: ergo peccatum veniale non est offensa infinita: qui syllogismus concludit in Baroco: et premissae sunt evidentes. Similiter a contrario: offensa levis non est infinita: sed peccatum veniale est offensa levis: ergo peccatum veniale non est offensa infinita: qui syllogismus in Ferio sectus est: unde evidens mihi est, non posse Deum infinite offendi per peccatum veniale, per quod leviter solum offenditur. Confirmatur 1o hanc: quia si peccatum veniale esset infinitum in ratione offensae esset sufficiens ad destruendam amicitiam Dei, et inimicitiam conciliandam: unde peccatum veniale esset mortale, quod ex his implicat. Confirmatur 2o: quia si peccatum veniale esset in ratione offensae infinitum, esset etiam infinitum in ratione demeriti seu in ratione punibilis per se, et ratione sui: sed repugnat esse sui infinitum in ratione demeriti, seu in ratione punibilis: ergo. Maior tradit: quia rationem offensae Dei sequitur demeritum, et punibilitas. Minor constat apud omnes theologos: nemo enim dixerit peccatum veniale esse per se, seu ratione sui dignum poena infinita.

Petes 2o ab adversarijs posset peccatum veniale non esse proprie offensam Dei: nam ut S. Thomas ait 1.2. q. 86. ar. 2o: offensa directe opponitur gratiae: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quia repellit eum a gratia: cum autem peccatum veniale id non faciat, non erit proprie Dei offensa, immo videtur S.us Thomas expresse, et sectantes, et plures in locis traditis peccatum

veniale non est univoce peccatum cum mortali; sed tantum analogice. Ita q. 7. de malo art. 1. ad 1m. et art. 9. ad 4m. Item de veritate q. 24. art. 9. q. 1. ar. 3. Corp. et in 4o dist. 4a q. 2. art. 1. quaestiuncula 1. ad 3m et dist. 43. art. 1. q. 1. ad 3m. 1. 2. q. 88. art. 1. ad 1m. haec S. Thomas: licet contra Neotherici et Scriptores, etiam Thomistae, cum pars affirment, et pars negent, peccatum veniale esse proprie offensam, constat convenient esse proprie peccatum, verum discrimen inter eos aliquod vide in Ill. Vernal disp. 4. Sec. 6. Verum quidquid de hoc sit, quod fere est de nomine, in stanza dicere ipsum arguitur: nam si peccatum veniale esset offensa Dei, esset quidem offensa finita, nec transire posset in infinitam per additionem peccati finiti: ergo licet non sit offensa, transire non poterit in offensam ex ipsa infinitam per additionem finiti. Ita quaestionem solvit ille a finito ad infinitum, etiam si non supponatur esse offensa in peccato veniali, si ex his sit, ut ostendebant per solam additionem finiti: poterit ergo transire, si adversariis placet a non offensa in offensam etiam magis gravem: ergo aliunde peccatum, ut veniale non dissolvit amicitiam, quam peccatum mortale dissolvit: a finito ad infinitum transire non poterit, nisi aliquid non addatur formaliter infinitum.

Huc spectat 3a quorumdam responsio. s. peccatum veniale non esse offensam divinam eo quod non avertit a Deo. Sed invehitur Thomistae quidam, qui inepta adeo gravi verbis, ut constat, ludunt: nam si peccatum veniale est, et proprie est peccatum, ut omnes esse fatentur, non potest non displicere Deo: ergo s. contra legem illius, et ex ratione est: ergo non poterit non esse offensivum Dei, saltem leviter: offensa enim alicuius personae non consistit in indivisibili. sed potest esse maior, vel minor: ergo poterit esse offensa gravis, et offensa levis: et si neque avertat, sive divertat a Deo mendacium, ut ipsi illi loquuntur, erit offensa Dei, nec habebit infinitatem: ergo offensa

Dei

Dei, ut offensa Dei, participet infinitatem. Secundo quia posset, ut solet ab aliquibus, peccatum veniale esse quidem offensam Dei, et adhuc non habere a Deo infinitatem: quia videlicet non subiectat in Deo, sicut peccatum mortale, quod infinitatem a Deo accipit, quia respicit Deum ut subiectum; quia peccatum veniale, licet subiectet in Deo, incapax est infinitatis. In hac responsione duo videntur: 1° quod peccatum mortale in ratione offensae sit infinitum, quia Deum respicit ut subiectum, et non pro ratione ut obiectum, qua doctrina utuntur adversarii, ut assignent discrimen inter actum amoris Dei, et illius offensam: dicunt enim: amorem Dei respicere Deum ut obiectum, atque adeo extra: offensam vero ut subiectum, atque adeo intra. 2° licet, quod peccatum veniale, licet respiciat Deum ut subiectum, retrahat ab illo infinitatem, quia cum sit offensa levis incapax est infinitatis illius. Sed sane hinc evidenter deducitur, offensam Dei sumptam esse ut talem, etiam si subiectet in Deo, et intra illum respiciat, retrahere infinitatem: sed quod illam habeat ratione materiae gravis illam habebit: unde redit argumentum nostrum.

Id autem, quod de peccato gravi dicebatur, scilicet illud habere infinitatem, quia subiectat in Deo saltem moraliter, omnino falsum mihi videtur, et licet aliquantum immorandum. Pro quo scias oportet, subiectum aliud dici physicum, et aliud logicum, et per analogiam ad subiectum physicum dicitur subiectum morale alicuius praedicati physici, et moralis: subiectum physicum notissimum apud nos, est id, quod realiter in se habet aliquam realem formam. Subiectum vero logicum, quod praedicationis dicitur, est id quod in propositione substernitur, seu subiicitur praedicato, quod etiam dicitur forma subiecti, quam autem vindicatur nos in nostra physica diximus: hac ratione Deus est subiectum logicum offensae, quia videlicet Deus dicitur cum veritate, et est offensus per peccatum: unde in ea propositione Deus est subiectum, et ratio offensi est praedicatum. Quod autem Deus hac ratione dicatur subiectum non satis est ad

recipiendus infinitatem in offensam: nam haec res divina, et amatur Deus a beatis, nec tamen infinitatem recipiendit in ratione cognitionem sui aut amorem: restat solum id, quod theologi contendunt ad tuendam infinitatem, scilicet an sit Deus subiectum morale offensae: de ratione enim subiecti physici nulla quaestio. De ratione subiecti moralis falsus omnino indiciit id, quod a theologis dicebatur: nam illud dicitur subiectum morale passum alicuius, quod licet physice non recipiat passionem aliquam, adhuc tamen in prudentum existimatione ita se habet, ac si illam reciperet: hac ratione aliquis infamiam et dedecus patitur, et ab hominibus iure despicitur, quasi per infamiam et dedecus intra aliquid receptum: hoc sane de Deo non ita intelligendum est: nam licet Deum re ipsa offendamus, et iniuriam ipsi irrogemus, ut dicitur sanctos conculcando ius divinum, illudque infringendo, adhuc tamen Deus in prudentum existimatione nec etiam moraliter patitur, neque recipit aliquid a nostra offensa, ratione cuius dicatur subiectum morale offensae nostrae.

Refertur hic ex solutionibus omissis in textu illustrissimi Godoy et ret n.o 70: quod licet peccatum veniale in ratione offensae subiecti etiam in Deo, non tamen ab illo recipit infinitatem simpliciter: quia licet sit levis offensa est incapax recipiendi infinitatem: for-malem autem subiecto incapaci unita non potest illi effectum, quem de se praestare potest, quod asserit a nobis etiam dum: nam peccatum mortale ratione Dei Maiestatis iniuriatae et offensae est superioris ordinis ad omnem satisfactionem purae creaturae: cum tamen peccatum veniale non sit ordinis illius superioris, inquiunt ergo a nobis, cur Maiestas Dei iniuriata et offensa communicet peccato mortali superioritatis ordinis ad satisfactionem purae creaturae, hanc quae superioritatis veniali non potest. Sic primum ecce iam offensa, quae dicebatur esse forma, quae subiecto tenetur in Deo dicitur iam, et videtur ut subiectum in Deo non infinitatis, non nota in omnibus, aut contra id, quod dicitur, peccatum veniale.

ū superioris ordinis ad satisfact.^{es} pureq. iq., ut in gravi debitum q.^{d} sequenti: omisso hī q.^{o} fidi, diximus sa peccatū mortale ū ideo ū stitui in ordine superiori ad eorū satisfact.^{es} pureq. iq. q.^{ra} i iniuria D. Maiestatis. ī q.^{ra} gravis iniuria etiam hīs gravitatis recindit amicitiam cū Deo et constituit hoēm prorsus indignū, cuius opera à Deo in satisfact.^{es} dignam accipiantur, id q.^{d} p^{r}ecipue dicebat -s. gravem offensam Dei capacem recipiendi infinitatem, cuius recipiendi sit capax iniuria levis, adhuc impugnatur: nam capacitas illa recipiendi infinitatem infinita capacitas è qz excrevit in peccato mortali zōi maī gravis. Ṗ implicat, q. ℓ capacitas excreveat in infinitū per addit.^{es} finitis, q. ℓ in peccato levi ū sit capacitas recipiendi infinitatis, et q.^{ca} sit in peccato gravi implicat.

Sec. 6.

Argutā pro infinitudine soluta.

Ex probationibus nrīs q. maxima ex p.^{t} definitur argutorum solutio, quibus adversarii uti solent pro infinitate peccati adstruenda. 1.us argutū e: gravitas offensus crescit. Xamen suam dignitatem pers.^{e} cuius fit iniuria, ut ostat in iniuria irrogata plebeio, quæ minor q.^{ra} iniuria irrogata equiti, aut Principi. Ṗ pers.^{a} per peccatū mortali offensa -s. Dei dignitatis simpliciter infinit. : q.^{o} offensa commissa q.^{ra} Deum è gravitatis simpliciter infiniti. Hoc argutū apud multos invenitur, et illi soli fidit Mr Godoy q. 3. Ṗ ingressione eadē dedicatio ab uno in alium fieri posset in peccato veniali, q.^{d} licet sit offensa Dei, et q.^{d} illum noatum transcendit ad gravitatem infinitam : signū q.^{o} è fallax, q. ℓ e manifeste probat aliunde ipse infinitatem illam limitare, et impediri etiam in peccato mortali: impeditur q.^{o} et limitatur in peccato infinitas, ℓ ī ire mai, ut in veniali reddit ab hoībus, etiam adversarii, nisi recedant in māa levi, et sub offensa levi infini-

tudinem quam implicat: , limitatur, et impeditur ea infinitu-
do offensae a cognoscenda, ut nos supra dicebamus. Unde distingu-
enda est maior argumenti: gravitas offensae crescit secundum men-
suram dignitatis personae laesae praecise ratione dignitatis, nego: ha-
bita etiam ratione maioris et cognitionis quae datur in offendente, concedo. Va-
let haec solutio aliis verbis exprimi: crescit proportione arith-
metica, nego: proportione geometrica, concedo. Proportio arithmeti-
ca fit per partes aequales, ut 2. 4. 6. proportio enim arithme-
tica, quae datur a 1° ad 2m, datur a 2° ad 3m excellentibus numeris
quia tot unitates superaddit 6. 4°. quot superaddit 4° ad
duo. Proportio geometrica fit per partes inaequales, et est pro-
portio proportionum, ut 2. 4. 8: nam proportio dupla, quae est in-
ter 1m et 2m, est etiam inter 2m et 3m numerum, licet unitates plures
sint a 2° ad 3m quam a 1° ad 2m.

2m argumentum, quo utitur M. Godoy n. 43. Sicut persona pec-
cantis offensa comparatur ad offensam ut subiectum in genere moris: ergo
infinitam gravitatem dabit offensae. Consequentia a paritate satis-
factionis: nam sicut persona satisfaciens comparatur ad satisfac-
tionem, ita persona offensa comparatur ad offensam. Sed persona satis-
faciens comparatur ut subiectum ad satisfactionem seipsa, sive aliter dans
satisfactioni valorem infinitum, si persona sit infinita: ergo simili-
ter persona offensa se habet ad offensam. Antecedens probatur 1° ex differentia quae
datur in peccato inter rationem malitiae et rationem offensae: nam sub
ratione malitiae peccatum est et dicitur malum peccantis: at sub ratione offensae
non peccantis. Sed dicitur malum Dei. 2° probatur ex communi modo loquendi: non
enim offendens, sed persona offensa dicitur offensam pati. Sed ille
dicitur offensam pati, qui est subiectum offensae: ergo etc. 3° probatur: quia
actus charitatis aliter se habet ad Deum in ratione satisfactionis quam
se habet ad Deum actus odii in ratione offensae; sed conveniunt in eo quod uter-
que actus habet Deum ut obiectum: ergo in eo differunt quod actus odii ut
offensa Dei habeat ipsum ut subiectum. 4° probatur: quia licet Deus non subii-
ciatur offendenti effective ab actu quo ratione subiecti incapax,
subiicitur tamen illi affective, obiective, et effective conditionate, sive etiam

que Deus esset talis subiecti capax per offensam illi subiice-
retur. Sic in hoc consistit esse subiectum morale offensae: ergo etc.

Hoc argumentum, et illius probationes nescio quid pingue redo-
lent, et in primis omnino non displicet, ut ex dictis a nobis satis pruden-
ter constat. Et antequam ad illius probationes accedam in ipsa etiam compro-
batione sequitur a quanam persona satisfaciens non comparetur ad
satisfactionem, et ad valorem illi communicandum, sicut esse ut
subiectum; sed ut principium, a quo saltem derivative opera di-
cantur procedere. Progrediamur ad antiquas probationes.
Ad primam nego offensam dici, aut esse malum Dei:
nam Deus ut Deus est nullum malum esse potest. Licet offensa
sit Dei, cuius quidem totum malum est. Ad 2um
dico, Deum longe esse dici subiectum, et communi modo loqu-
endi offensam pati: at hoc non satis est, ut sit subiectum
morale offensae, sed requiritur quod detrimentum aut infamiam ali-
quam in prudentum existimatione subeat, quod longe
a Deo abest. Ad 3um nego maiorem et minorem, nec
consequentiam: nam sicut in eo non differunt, differunt tamen
in eo quod actus odii de se est sufficiens ad conciliandam
inimicitiam Dei: at vero actus amoris non est de se suf-
ficiens ad amicitiam Dei conciliandam. Ad 4um omis-
so quod in maiori affertur, nego minorem: nam non consistit esse sub-
iectum morale in eo, quod si posset offendenti subiiceretur. Sed
in eo quod in prudentum existimatione habeatur, ac si aliquod
in se damnum, dedecus, infamiam, aut quid simile ex offen-
sa illata pateretur.

3um difficultatis argumentum est. Actus attingens obiectum infini-
tum, quantum attingibile est, habet ab illo infinitatem; sed pec-
catum mortale in ratione offensae attingit obiectum infinitum, scilicet
Deum, quantum attingibile est: ergo habet ab illo infi-
nitatem in ratione offensae. Minor probatur: quia magis potest offendi
Deus, et attingi, quam auferendo ab illo rationem ultimi finis.

et illum ostituendo in creã; sed quolibet peccato mortali id fit: ergo etc. Retorquetur argumtum in actu charitatis Dei proprià: nam quiuis actus charitatis aufert à creã rõem ultimi finis, et illam ostituit in Deo. nec tamen attingit Deum quantum attingibilis est ad habendam infinitatem; quia videlicet Deus potest feruentius, et feruentius amari, et in nullo actu ponitur infinitus conatus. sed maior, et maior poni est: idemque dum de peccato. Unde omissa maiori neganda est minor, et ad ergo eius dum est intra genus offensus mortalis dari potest minus, et minus conatum: atque adeo dari potest minus et minus offensam: quod intelligendum est non solum subiectiue et quantum in creã sunt. sed etiam obiectiue et qualiter respiciunt Deum: nam ut iam diximus grauiori peccato grauius offenditur Deus. Mitto id, quod dicitur quolibet peccato auferri à Deo rõem ultimi finis, et sibi tribui in creã: quod inualidissime dictum est de quolibet peccante: sepe n. quando ex fragilitate peccatur non adeo inbuti sunt hoẽs ut Deum non credant esse suum finem ultimum et ut talem etiam, quando peccant, sperent.

4º eorumdem argumtum. Actio destructiua rei infinite boni est grauitatis infinitæ simpliciter. sed quodlibet peccatum mortale in rõe offensæ est destructiuum rei infinite boni, nempe Dei: ergo quodlibet peccatum mortale in rõe offensæ est grauitatis infinitæ. Minor probatur: quia quodlibet peccatum mortale tollit à Deo rõem ultimi finis. sed quod Deus non potest. Retorquet 1º ex prœdictis, non omne peccatum etiam mortale auferre à Deo etiam affectiue rõem ultimi finis; atque adeo non omne peccatum mortale etiam affectiue esse destructiuum Dei. Retorqueo utroque dupliciter argumtum. 1º actio destructiua rei finiti non potest habere rõem illius grauitatis infinitæ; sed quodlibet peccatum etiam mortale est destructiuum, praesertim

infiniti: Secundo arguitur: quia peccatum mortale solummodo
est destructivum charitatis, aut gratiae, seu amicitiae Dei,
quae in re ea est bonum finitum. Similiter est destructivum visio-
nis beatificae, quae est finitum bonum, non vero est destruc-
tivum Dei in se. Sed a nobis possidetur per cha-
ritatem, aut visionem. 2° retorquetur in actu chari-
tatis, qui affective est quasi productivum Dei, non minus
atque peccatum dicitur destructivum Dei affective. Vulgare
est illud, quod Augustino tribuitur: Si tu Deus esses Augus-
tinus, et Augustinus esset Deus, vellem ego quod
tu esses Deus, et quod ego essem Augustinus. Qui ac-
tus licet eadem hyperbole utatur, non assurgit ad bonita-
tem infinitam. Et confirmatur: nam licet homo habeat
desiderium occidendi infinitos homines, aut furandi infi-
nitos thesauros non habebit infinitam malitiam ex
obiecto non alia de causa, nisi quia illud obiectum reipsa est illi-
bus impossibile.

Et hic adiungendum videtur meus sensus circa illam
doctrinam Domini Amici, et Prudentij de infinitate Christi-
cidij, de qua difficultate censeo in primis, quod si peccatum
illud committeretur cum cognitione clara et intuitiva Dei hy-
postatice uniti cum humanitate et sub cognitione clara infi-
nitae dignitatis, quae in unitate illius humanitatis relucet, pec-
catum illud esset reipsa infinitum ex obiecto infiniti, sicut
si reipsa, quis infinitos homines, aut infinitos Angelos
sua voluntate contra Dei praeceptum destrueret, imo et
maioris malitiae, et offensae esset peccatum illud, quanto hu-
manitas illa et vita illius maioris dignitatis est per
unionem hypostaticam Dei cum humanitate. Censeo
2° impossibile esse eiusmodi peccatum sub cognitione clara, et intui-
tiva Christi Domini Divinitatis quae in eo habitantis per uni-
onem hypostaticam, quia pugnat cum cognitione clara, et

intuitiua Dei qua nis offensa Illius: q repugnat cum cog
ne clara, et intuitiua Dei q committatur peccati cidiy,
q esset infinita Dei offensa. Vnde ea cogno qua ad
infinitatem illius peccati deseruiret, reddit impossibile eius
mi peccatum. Sed rogas: an idem consiamus sub
cogne certa licet obscura, qua per fidem habetur,
aut etiam sub cogne clara ipsius unionis hypostatice
qua non esset intuitiua, sed abstractiua Dei? Resp. id
etiam apud me uideri eadem ratione dum: nam
impossibile peccatum mihi uidetur, q sub cogne certa In
carnati Verbi Dei detecta ueniat ad occissionem hu-
manitatis: huc uidetur respexisse Paulus 1ª Corinth.
2. cum dixit: loquimur Dei sapientiam in
mysterio, quam nemo Principum huius saeculi
cognouit. si n. cognouissent, nunquam Dominum gloriae
crucifixissent.

Sec. 7ª

Cætera arguta, quæ restant, soluunt.

Quintum argumentum est M.i à Sancto Thoma
q. 1. dis. 1. §. dico ergo: ubi ex eo probat pecca-
tum esse grauitatis infinitae simpliciter, quia ledit ius Dei
fundatum in dignitate, et maiestate infinita, nec so-
lum ledit hoc ius, sed ledit etiam ius, et dignitatem omnium
creaturarum, ita ut si omnes creaturae possibiles, quae infinitae sunt, es
sent defacto productae, laeso Diuino iure et maiesta-
te, omnium creaturarum ius, et dignitas lederetur. Vnde hoc
efformatur argumentum: eo maior est iniuriae grauitas quo
redundat in plures. Sed iniuria in Deum commissa re-
dundat in creaturas infinitas: ergo est infinita. Maior
constare uidetur, et minor ex dictis supponitur. Confirmat
a S.to Thoma ex S.to Thoma 2ª 2ae. q. 63. art. 4. ubi do-

et: q̄ quanto aliqua iniuria in plures redundat, ce-
teris paribus, tanto grauius est peccatum, et inde est, q̄
grauius est peccatum siquis percutiat Principem, q̄m
priuatam personam, q̄ redundat in iniuriam totius
multitudinis. Hoc argumentum nec M.º Godoy place-
re potuit 1.º q̄a si infinitudo D.ⁱ Maiestatis rōe sui
n̄ satis sit ad refundendam infinitam grauitatem
in peccatum; multo minus sufficiens erit infinitus
numerus creaturarum: nam adhuc infinitę creę distant
infinite à Deo, nec possunt ulla rōe cum maiestate il-
lius comparari. 2.º q̄a si illa Dei infinitudo n̄ satis
sit ad refundendam infinitatem in peccatum ideo est
q̄a attingitur à P.º mō finito: etiam in illud infi-
nitarum creaturarum attingitur à creā mō finito, dum creā pec-
cat: ergo etc.

Sextum argumentum quo utitur Vasquez q. 2. in
hunc modum efformatur: compositum intra includens
rem simpliciter infinitam .s. Diuinam dignitatem et
maiestatem est simpliciter infinitum. Sed offensa D.ⁱ per
includit simpliciter infinitam s.ª dictam: ergo D.ª offensa
est compositum simpliciter infinitum. Confirmatur ex eo-
dem: nam Diuinam offensam ē tantam esse ex
tra denotatio actus qui offensa dr. ex dictâ offendentis
et offensi. ¹hęc dictâ est simpliciter infinita: ergo et D.ę
offensę magnitudo. Confirmatur 2.º q̄a si D.ª offensa fi-
nita esset, explicari posset quanta esset, saltem negatiuè
nempe assignando magnitudinem, quam n̄ excederet
& hoc n̄ est posse: ergo dum ē eam ē infinitam. Pro
solutione argumenti aduertendum est ex Logīca terminos plura sig-
nificantes alios ē concretos, et alios relatiuos. Terminus con
cretus est, qui signat unum per mōm subiecti, et aliud
per mōm formę, ut album, dulce: terminus uero relatiuus est qui

signat unum in ordine ad aliud, unum s. per mum fundati, et aliud per mum tii, ut Pater Pai: similis Ebo: Ex hac notatione dico, tum hunc offensa D.a n ee terminum. Relativum: signat n. unum in ordine ad aliud s. offensam in ordine ad Deum, cuius est offensa: est erg offensa fundatum proximum, et D.s est term ipsius offensae. Ubi nota id, quod ipse P.r Vernal aduertit n.o 64. de amore Diuino. s. quod si amor Dei in ee physico Diuini amoris consideratur n includit Deum cum sit relatio transcendentalis ad Deum. sicut offensa D.a ut nos asserimus, sit etiam relatio in Deum, licet n transcendentalis, praedicamentalis n includit Deum.

Caeterum sic argutum retorqueo Pa P.is Vernal in ipso Dei amore, quem in ee morali considerat, et in rõe obsequij Diuini, in qua etiam rõe dicit ee finitum sic etiam arguo: amor Dei in ee morali, et in rõe obsequij Diuini includit Deum tanqm formam, illum n includit? si n includit obsequium, ut obsequium erit quid relatiuum, et n terminus, atque adeo n includit Deum tanqm simpliciter infinitum: ergo similiter peccatum in ee morali, et in rõe offensae D.ae n erit terminum, quid relatiuum, nec includit Deum tanqm formam infinitam. Si autem amor Dei in ee morali, et in rõe obsequij includat Deum, nec tn habeat ab illo infinitatem, idem etiam dicemus de peccato, licet in ee morali et in rõe offensae D.ae Deum includeret quod quidem falsum reputamus. Hinc vitat solutio argumenti. Ad primam cõsequentiam dico da est maior: est extra denõatio ex dictã offendentis et offensi cõsiderata, nõ: Ex dictã illa, ut modificata per finitam et finitatam cognem eius dicti, cedo. Ad 2am cõsequentiam dico, põe explicari natiue, quanta sit mag

nitudo offensæ in oria. nam eo ipso quod unum peccatum possit esse maius alio, dicimus offensam minoris peccati non esse tantam, quanta est offensa maioris illius peccati generaliter, quod sub maiori cognitione deberet committi poterat.

Vltimum, et Aquileum argumentum, quod ab infinita pœna desumitur sic se habet: peccatum, cui correspondet pœna simpliciter infinita, est simpliciter infinitum. Sed peccato mortali correspondet pœna simpliciter infinita: ergo peccatum mortale est simpliciter infinitum. Sed non est infinitum simpliciter in ratione mali: ergo est simpliciter infinitum in ratione offensæ. Diagitant sic maior, et minor primi syllogismi, et in primis probatur maior: quia pœna correspondet culpæ: ergo si pœna sit infinita simpliciter culpa etiam erit infinita simpliciter. Et confirmatur: quia causa quæ continet infinitum simpliciter effectum, est infinita simpliciter in suo genere, quo est causa. Sed culpa in ratione culpæ et demeriti continet infinitum simpliciter effectum, scilicet infinitam pœnam quam moraliter causat: ergo culpa est infinita simpliciter in ratione culpæ, et demeriti. Confirmatur 2.º quia condignitas infiniti supplicij fundari non potest nisi in moralitate infinita. Sed in peccato mortali datur condignitas infiniti supplicij: ergo fundatur in moralitate peccati infinita. Atque ita maior probatur et confirmatur. Probatur minor primi syllogismi: quia pœna eo est gravior cæteris paribus, quo diuturnior est. Sed pœna æterna est infinite diuturna: ergo est infinite gravis: ergo est pœna simpliciter infinita. Confirmatur: quia si peccato mortali non corresponderet pœna simpliciter infinita, posset adæquate puniri per pœnam simpliciter infinitam; sed non potest: quantumcumque enim augeantur pœnæ, dum modo sint finitæ, non punitur adæquate peccatum: ergo etc. Confirmatur 2.º quia offensa ut

sic comparabilis est cum pœnis, quas condigne meretur. Ergo quæ superat omnes pœnas finitas, infinita est.

Huic argumento aliqui rent 1º ideo damnatum puniri pœnâ æterna, quia semper voluntatem habet ulterius peccandi etiam contritaliter. Sed non placet: quia non illa ulterius peccandi, quæ in Dæmonibus, et cæteris damnatis datur, et quodcumque aliud peccatum in eo statu committant, non inducit novam pœnam, cum iam non sint in statu merendi licet ergo peccent, et in æternum peccare velint, non puniuntur propter peccata tunc commissa; sed propter peccatum in via commissum. Alij 2º rent, quia peccatum ex se inducit maculam æternam: unde peccator non poterit in eo statu contritalem culpam exuere: ergo semper in peccato erit, et in culpa, semper etiam in pœna erit: erit ergo pœna æterna sicut est æterna culpa. Sed nec placet ista responsio: quia peccatum habituale, ut tale præcise est, non punitur pœna sensus. Sed solum peccatum actuale: et probatur: nam peccatum habituale non est nova culpa: ergo non meretur novam pœnam. Solum ergo meretur novam pœnam, quando illi adiungitur nova culpa, quod fit, quando quis tenetur, et potest retractare peccatum actuale commissum, et id non retractat: hoc autem non habet locum in damnatis, qui retractare peccata non possunt per veram pœnitentiam, ad quam non habent auxilium sufficiens: quod vero peccator sit in perpetua, et habituali inimicitia Dei solum illum reddit indignum visione clarâ Dei; non vero reddit illum dignum nova pœna: ergo illi nova pœna infligitur per æternitatem, ea infligitur propter peccatum in via commissum, et non sufficienter retractatum. Omitto id, quod alij 3º aiunt, et aiere possunt scilicet pœnam æternam non esse infinitam in omni pœna, quod neque mihi

placet. Quia pena ut talis, non solum intensione, sed extensione etiam seu duratione augetur: sicut quod esset infinita pena si tempore finito cum intensione finita per infinitum tempus infligatur. Et confirmatur a paritate: quia vita aeterna, ut vita aeterna est, in beatis est singulare premium meritorum: ergo aeternitas auget premium finaliter in ratione premii: ergo et supplicium in ratione finali supplicii.

Placet 3.o recte peccatum solvere ad penam aeternam, sicut se habent bona iustorum opera ad aeternum premium cum aliquali discrimine (mox explicando). Unde sicut non licet inferre infinitatem meriti in bonis operibus eius, nec infinitam bonitatem in illis ex eo quod illis correspondeat premium aeternum, seu infinitum, ita nec licebit inferre ex aeterno supplicio peccati infinitatem demeriti, et infinitam malitiam, aut gravitatem offensae. Itaque fateor penam aeternam esse infinitam in ratione poenae; sed non illam correspondere peccato ab intra ex condignitate peccati secundum se, sed ex condignitate peccati ut considerati sub permissione infiniti premii recte operantibus constituti. Nota bene hanc adversativam, in qua tota solutio continetur. Deus quia ex amore et voluntate salvandi homines, et illos ad beatitudinem conducendi constituit promissionem quod recte operantibus infinitum premium, servata solum quadam proportione meriti, et premii; sed aliqua ratione ultra condignum: nam ut ait Paulus: non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. Cum ergo Deus constituerit recte operantibus et continentibus se a peccato ex infinita liberalitate infinitatem, et aeternitatem premii merito. Sane constituit etiam peccatoribus aeternitatem, et infinitatem

supplicij: dignum quippe fuit, q. æterno supplicio afficerentur peccatores, qui posito adhuc æterno, et infinito pmio pro operatione aliâ etiam et pmio dibiti in peccata ruerent, et qz æternitatem parum facerent, nec Deo obsecundare, diuiq. que legi parere noluissent. Et hæc ē solidior totius argumti, et ex ea ab hoc solutio facile quidem aptabitur, et in argumti [illegible] facili illa opera ueniens.

D.° 2.ª

An, et qua roe naria fuerit Diuini Verbi Incarnatio?

Sec. I.

An fuerit abte narium Incarnationis mysterium?

Necessarium pôt dici dupliciter, (narium abte, (narium ex supp.e de necessitate q. mysterij incarnatis dupliciter loqui possumus, et inquirere: an .s. narium fuerit hoc mysterium ex supp.e aliqua: an etiam abte narium fuerit. Rursus hæc necessitas pôt ē duplex [illegible] ad psenti .s. necessitas physica, et necessitas moralis: necessitas physica tollit libertatem ad opus: necessitas uo moralis n tollit libertatem. Dr. certum est, n fuisse narium abte necessitate physica mysterium incarnatis. Roe: qa Ds fuit abte liber in incarnatione Verbi Diuini, ut pat: nam amor ille mundi de quo Xpus l. apud Ioan. Sic Ds dilexit mundum ut suum Filium unigenitum daret: uere amor fuit liber, et ipsam unigeniti donationem liberam ostentat. Si ergo fuit Ds liber abte in incarnatione Verbi Diuini, hæc sane n fuit illi abte naria necessitate physica; tota ergo q. ē pôt de necessitate morali, q.

P. Granado de voluntate Dei trac. 2. dsp. 3. docet Deum semper velle optimum in rebus his in quibus datur optimum .s. in illis in quibus non abeundum est in infinitum, qualia sunt incarnatio Verbi D. comparatae facta cum non incarnat. Creatio mundi in carentia mundi, hominum aliquorum praedestinatio in negationis eiusdem, et ad hoc genus optimi amplectendum necessitari Deum necessitate morali.

Hoc etiam placitum luculenter illustrat, et sequitur P. Didacus Ruiz de Montoia de Voluntate dsp. 9. et 10. nihilque intentatum relinquit, ut eruditissime probet, dari in Deo huius modi necessitatem moralem ad optimum. Solum inter hos AA. dissidium quoddam est, quod P. Gran. sec. 6. admittit, Deum non fore Deum si non eligat optimum. At vero P. Ruiz dsp. 10. sec. 5. docet, non sequi Deum non esse Deum. Unum ex tribus disiunctive colligi, ut .s. vel optimum non esse optimum, vel non esse infallibilem electionem optimi, vel tandem aliquando non evenire id, quod est moraliter infallibile, et hoc 3um dicit rationabilius deduci; verum id 2um cum hoc 3o congruit: nam idem mihi videtur, quod non semper eveniat id, quod moraliter infallibile est, et quod Deo non sit totum infallibilis electio optimi, quod utrumque verum videtur: quia moralis infallibilitas non est omnimoda rei necessitas: relinquit sic absolute possibile extremum contradictorium, et hinc impugnatur deductio illa P. Gran. et alia quam 1o loco adducebat Montoya: nam ex possibili posito in esse non potest sequi aliquod absolute impossibile: sed ex possibili posito in esse sequi non potest Deum non fore Deum, aut optimum non fore optimum. Ante constat ex regulis argutationis logicae: nam ex vero non potest sequi falsum: atqui possibile positum in esse est aliquod verum, et impossibile semper est

falsum: Refell. Cons.a primi entimematis pat: q.a Deum
non ee Deum, et optimum non ee optimum est aliquod
implicatorium et absolute impossibile. Si ergo quod D.s
non eligat optimum, sequatur Deum non ee Deum, aut opti-
mum non ee optimum, impossibile prorsus erit, quod D.s
non eligat optimum: ergo ad optimum eligendum non sola
necessitate morali, sed omnimoda necessitate metaphysica
determinatus erit Deus, quod ut falsum supponebamus.

Haec adeo evidentissima sunt, ut injuriam
facerem doctissimis viris, si ea non vidisse arbitra-
rer. Quare eos aliter intelligendos, aut explican-
dos censeo, videlicet ut non velint sequi Deum non ee
Deum, aut optimum non ee optimum ex eo quod D.s non
faciat id, aut eligat, quod optimum est. Sed ex eo
quod D.s non necessitetur moraliter ad illud efficiendum
et elligendum. Itaque si semel statuatur, Deum
necessitari moraliter ad optimum, id eatenus erit,
quatenus D.s habeat innatam quamdam propensionem
ad illud: quia tamen ea innata propensio Dei, si detur,
est aliquid necessarium in Deo, bene deducitur, aut De-
um non ee Deum, aut optimum non ee optimum, si defi-
ciat ea innata propensio Dei ad illud, quod opti-
mum dicebatur: non ergo sequitur ex aliquo possibili, et contingen-
ti, qualis est negatio positionis optimi. Sed ex aliquo im-
possibili, qualis est negatio propensionis innatae, et necessariae
in Deo ad id, ad quod eam dicebatur habere. Hinc ig.
recte procedit discursus: si autem ex eo quod Deus
non faciat id, quod optimum est, velint sequi Deum non ha-
bere eam innatam propensionem, quam habebat
pro necessitate morali, in eo peccat discursus eorum
DD. pro quo, advertas, oportet, necessitatem moralem
non tolli ex eo, quod non ponatur reipsa id, ad quod erat

moralis necessitas: nam licet reipsa id non ponatur, possumus adhuc dedere necessitatem moralem, ut operetur.

Explico in rebus alijs, dicitur mater necessitari moraliter ad amandum filium; si tamen aliqua mater filium non amaret, non tolleretur ea moralis necessitas, ratione cuius erat moraliter infallibile, quod illa illum diligeret: necessitarique moraliter mater ad amandum filium, et non necessitari moraliter ad illum amandum impossibile est; at necessitari moraliter, et illum non amare reipsa non est impossibile: similiter necessitari Deum moraliter, et non necessitari moraliter ad ponendum optimum impossibile est. at necessitari moraliter ad illud ponendum, et illud reipsa non ponere non est impossibile. idem in necessitate morali peccandi venialiter per longum tempus intelligendum indico. Itaque impossibile moraliter est vitare omnia peccata venialia per longum tempus sine speciali privilegio et gratia. Unde moraliter est necessarium peccare venialiter per longum tempus, nisi accedat specialis gratia. Si autem id eveniret, ut quis usque ad ultimum instans longi illius temporis perseveraret sine peccato veniali, non intelligo, quare tota necessitas in illud ultimum instans refunderetur, ut vult L.us Aldrete hic disp. 1. sec. 2. nam sive quis antea restiterit, sive non restiterit peccato, nescio quare aliquid peculiare futurum sit in ultimo instanti: quare enim ex suppositione quod antea per longum tempus restiterit, succumbendum illi sit, et perlabendum in peccatum, cum eiusmodi, et qualem libertatem supponamus in hoc quod singulis instantibus

illius remg.[^] nullum ergo impole si queritur ex eo q. hō cum necessitate morali aliquando peccandi, nunquam peccaverit: quo modo autem ea moralis necessitas peccandi venialiter intelligenda sit spectat ad materiam de auxiliis.

Dum ergo pro presenti difficult.e nobis est, Deum non necessitari moraliter ad aliquid creatum, etiamsi optimum sit ex suis contradictoriis. Pbo à priori quia nullum obtum creatum poss.e est, licet optimum sit, ad quod habeat Deus minimam innatam propensionem, aut inclinationem, quam ad suum oppositum: ergo nullum est, etsi optimum sit ad quod habeat Deus moralem necessitatem. Ant. pr. 1.o ex Aug.o q.e 22. libri 83. quaestionum: ubi nulla indigentia, nulla necessitas, ubi nullus defectus, nulla indigentia. nullus autem defectus in Deo: nulla ergo necessitas. 2.o quia si haberet Deus aliquam innatam propensionem, aut inclinationem ad aliquod obtum creatum potius quam ad suum oppositum contra suam illam inclinationem ageret, si illud obtum creatum in rerum natura non poneret. S implicat, q. Deus aliquando debitatus à se agat contra innatam suam propensionem, aut inclinationem: ergo. 3.o quia si eam minimam inclinationem haberet ad optimum, ea esset infinita in genere inclinationis, et propensionis, atque adeo raperet necessario Deum ad productionem obti creati, quod quidem implicat, repugnatque libertati, quam Deus omnia creata condidit. Quod autem infinita esset inclinatio illa ex eo liquet, quod esset Deo innata, et ut talis elicita. Confirmatur: quia si eam minimam inclinationem haberet Deus ad optimum, non semper bene eligeret positionem minoris boni, secundo potius eligere maius

boni; quod est evidenter falsum, cum Deus qui bene se gesserit in electione huius mundi, quam si alium meliorem mundum elegisset. Alius vero est: quia tota honestatis vero in Deo est ipsum velle divinum in eligendis bonis creatis: nam ut optime Victorinus tomo 3º in summa titulo 1º c. 14. nihil ipse ex debito, sed sola bonitate facit. homines vero ex debito faciunt; quare meliores inde fiunt, et deteriores si non faciunt.

Aliqua hic multi dicunt, quae proice spectant ad materiam de Voluntate, ubi ex professo tractatur de hac necessitate ad optimum creatum ponendum: vel ea quae ad incarnationem divini Verbi spectant praesentis loci sunt. Dicunt: bonum est communicativum sui: quod summum bonum est summe communicativum sui. summa autem Dei communicatio est per Unionem hypostaticam quae quidem est physica, et realis unio: quare Deus necessitatur saltem moraliter ad eiusmodi communicationem sui. Sed quis non videt hanc ultimam consequentiam deflectere à veritate antis: nam aliud est, quod summum bonum sit summe communicativum sui, aliud vero quod debeat necessitari quae ad se communicandum: quod enim sit communicativum sui, est quod possit, non quod debeat se communicare. Si autem communicativum sui dicatur id, quod debeat necessario se communicare, distinguendum est: ad aliquod divinum, concedo; ad aliquod creatum, nego. Nam divina bonitas, quae infinita est, non tenetur necessario se communicare enti creato, in quo finitam tantum suam bonitatem cognoscit: ut sic detrahitur necessario ad se communicandum creaturis debebat

cognoscere infinitam bonitatem increatam, à qua necessitaretur. Dicis 3.º ex Anselmo lib. 1. Cur Deus homo c. 25. necessarium esse aliquos homines ad beatitudinem procedere. Et ex eodem lib. 2. c. 4. quod necessario faciendum per satisfactionem exhibendam ab homine Deo est. Sed Anselmus hic non loquitur de necessitate absoluta, sed de necessitate ex suppositione alicuius decreti divini, de qua iam suppositione loquendum nobis est.

Sect. 2.

An ex supp.e mundi conditi peccative commissi aut committendi nec.ria fuerit Verbi D. incarnat.o?

Raimundus Lulius in explicatione articulorum fidei c. 18. censuisse refertur, necessariam fuisse Deo incarnationem ex suppositione mundi conditi, scilicet non potuisse Deum decernere conditionem huius mundi, quin decerneret futuram in illo incarnationem. Probat: cum Deus cum sit optimus, semper ex suppositione quod aliquid eligat, eligit quod optimum est, sed hoc universum ex suppositione quod sit, melius est cum incarnatione quam sine illa: ergo ex suppositione quod Deus voluerit condere hoc universum, necessario debet velle incarnationem. Confirmatur ex Aug. lib. 3. de lib.o arbitrio c. 5. quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum, tanquam bonorum omnium conditorem. Et in lib. 2.o adversarium Legis, et Prophetarum c. 14. Haud ideo usque adeo desipiendum est, ut homo videat aliquid melius fieri debuisse, et hoc Deum vidisse non putet, aut putet vidisse, et credat facere noluisse, aut voluisse quidem, sed minime potuisse. Sed certe homines ista ne plus iusto probent, nec videliat

probent, debuisse Deum ab initio mundi cōditi incar
nari; aut necessitatum etiam fuisse ab Ete ad in
carnandum, ita dent consolari, ut & relinqu-
ant Deo necessitatem optimi prouidentis, quæ con
sistit in eo, q. eligat medium cōuenientissimum, seu
optimum ad finem cōsequendum hic, et nunc.
Vnde incipienda solutio est. Ad 2. sum, quæ ex
Aug.° desumebatur. Itaque optimum, aut meliq
alio pōt dici et respectiue ad aliud 3.° et 2.ᵈ 4.
secundum se dr unum p. aliis optimum, aut me-
lius alio quando præcisse facta comparat. eo-
rum inter se, unum hēt plus bonitatis, aut perfec
tionis physq. Respectiue in ordine ad aliud 3.
dr unum melius alio, quando in ordine ad 3. illud tan
quam finem cōsequendum cōuenientius reputatur.

Hinc constare debet, qua rōe dicatur Deus sem-
optimum facere. s. optimum in ordine ad finem a se
intentum: nam cum optima rō prouidentis sit dis
ponere media ad finem, ea erit perfectissima et optima
prouidentia, quæ eligat media optima ad finem cōse-
quendum. Quoniam nō semper nobis cōstat de fine quem
Deus suâ prouidentiâ intendit. ideo ignoramus aliq.do
cōuenientiam mediorum, et ideo semper dum nobis ē
Deum facere id, q. optimum est. nō quidem 2.ᵈᵒ q.
respectiue, et in ordine ad aliud 3. tanquam finem
à Deo cōsequendum. Et hæc est Aug.ⁱ mens. Vnde
etiam distinguenda erit maior argumenti: semper eligit Deus
q. optimum ē in ordine ad finem à se intentum, cōcedo q.
optimum ē facta præcise cōparatione cum suo opposito, nō.
Rogas: quare ex supp.ᵉ q. aliq. faciunt, sit Deus ne-
cessitatus ad optimum facta præcise comparat. cum
suo opposito; & ad optimum in ordine ad finem

a se intentum? Ratio discriminis oritur ex necessitate ipsius, et bonitate obiectorum: licet enim necessitas illius consistat in indivisibili, bonitas tamen non consistit in indivisibili intra, in qua dari potest plus, aut minus bonitatis, non tantum absolute, sed respective etiam in ordine ad finem: immo cum bonitate habeat quod convenientiam aliquam afferat, potest proponi aliquid incommodum, aut inconveniens, ratione cuius voluntas possit unum prae alio eligere: eligit ergo non id quod in se optimum est, nec sui oppositi, sed quod hic, et nunc ad finem consequendum optimum est.

Diximus de necessitate Incarnationis ex suppositione mundi conditi, sequitur, ut inquiramus: an fuerit necessaria Incarnatio Dei, saltem ex necessitate peccati commissi, in quo asserimus, ex suppositione perditionis humani lapsus et peccati commissi non fuisse necessariam Deo Incarnationem. Probatur: quia bene potuit Deus hominem lapsum non reparare: ergo ex suppositione hominis lapsi non fuit Deo necessaria reparatio illius: ergo neque Incarnatio. Probatur haec ultima consequentia: quia si ob aliquid necessaria Deo esset incarnatio ex suppositione hominis lapsi, maxime ad reparationem illius: sed etiam ex suppositione lapsus necessaria Deo non fuit illius reparatio, neque Incarnatio necessaria fuit ex eadem suppositione. Si in illa perditione sisteremus. Confirmatur 1.º nam Deus non decrevit incarnationem, aut assumptionem naturae Angelicae, etiam supposito peccato Angelorum ad eorum reparationem: ergo nulla necessitas Deo oritur ex tali suppositione: ergo similiter nulla oritur ex suppositione peccati ab hominibus commissi. Confirmatur 2.º nam, vel Deus decrevit incarnationem ex suppositione praevisionis peccati, vel antea ad praevisionem peccati? Si antea non oritur incarnatio ex praevisione peccati, sed ex decreto anti. Si autem ex praevisione peccati, seu post praevisionem

illius decreuit Deus incarnationem, illam certè decreuit ex intent. aliâ reparandi hoim lapsum, et nō utcumque reparandi, s per condignam satisfact. ut nos infra dicemus. Et hinc intellig, inquo sensu dixerit Anselmus: necessarium est aliquos hoies ad beatitudinem perduci, et id necessarium faciendum per satisfactionem faciendam ab hoie Deo, quod quidem necessarium est ex supp. decretorum Dei, de quibus nos infra dicturi sumus.

Post peccatum hois commissum requiritur illius reparatio, aut remissio. Rogatur, an hois reparandi, et peccati remittendi necessaria fuerit incarnatio Diuini Verbi? sensus est, an ex supp. quod Deus vellet hoiem in suam gratiam, et amicitiam vendicare, posset uti medio alio prĳter incarnationem? an vero ita fuerit unicum hoi nostrĳ salutis remedium, ut sine illo salutem à Domino consequi nō possemus? Pro parte affirmatiua videtur hęc ratio militare: quia Deus tenebatur hoiem lapsum reparare, sed nō poterat sine condigna satisfactione quam purus homo prĳstare nō poterat: ergo debebat prĳstari ab hoie Deo, ergo ad lapsum hois reparandum necessaria fuit incarnatio Dei. Maior patet 1.o ex Anselmo: quia ruina Angelorum debebat reparari à Deo, ne Deo deficeret rationalis creaturĳ numerus ad gloriam destinatus. Secundo quia homo conditus à Deo erat in finem beatitudinis supernaturalis: ergo ad illum finem consequendum tenebatur Deus hoiem lapsum reparare. 3.o quia si homo esset necessario misericors, etiam necessario misereretur hois alterius in extrema indigentia constituti: ergo Deus qui necessario misericors est, et infinite misericors necessario debuit succurrere hoi in extrema miseria, et indigentia constituto. Minor probatur 1.o quia peccatum ordinari debet per condignam satisfactionem. 2.o quia aliàs peccans similis

esset non peccanti. 3° quia si peccatum remitteretur sine condigna satisfactione aliquid derogaretur iustitiae Dei, totumque conderetur misericordiae.

Adhuc tamen huic dubitationi remus cum Aug° de agone Xptiano c.11. Stulti sunt, qui dicunt: non poterat aliter sapientia Dei liberare hominem, nisi susciperet hominem. Huius etiam sententiae est Bernardus epist. 190. ubi inter plura alia: quis, inquit, neget omnipotenti ad manum fuisse alios et alios modos nostrae redemptionis, iustificationis, liberationis. Itaque secundum Augustinum, et Bernardum alij erant Deo possibiles modi praeter incarnationem, quibus posset salutem hominibus deperditam redintegrare, ut inde etiam apud nos commendabilior fieret Dei bonitas, qui prae alijs multis hunc nobis redemptionis et liberationis modum, et utiliorem, et honorabiliorem elegit. Poterat igitur Deus uti condonatione extra totius debiti, qua condonatione posita maneret remissum peccatum. Sed quia ad amicitiam Dei conciliandam non satis est quod detur remissio peccati, poterat Deus simul cum eius omni condonatione debiti suam gratiam hominibus conferre et non solum sine peccato essent, sed etiam Deo grati, et accepti ad amicitiam. Rursus poterat Deus exigere satisfactionem aliquam, seu opus aliquod bonum puri hominis, vel Angeli, ita ut licet ea non essent condigna debiti satisfactio, et ad aequalitatem offensae; adhuc tamen Deus illam acceptaret remittendo partem aliquam debiti. Ad quod non omnino illa satisfactio pertingeret, quae minor esset, et revera inaequalis. Sic enim reipsa Deus modo quando peccatori confert auxilia gratiae ad penitentiam remittit aliquid peccatori, qui indignus erat tali auxilio gratiae.

Ad rōem dubitandi r̄o neg. mim̄, vt vitat ex dictis ad 1.am difficultatem. Ad 1.ã mai. dico quod ruinas Angelorum n̄ oio nario debuisse reparari. Pro. ex supp.e lib.o Decretorum Dei. Pręterea dico, ruinas illas potuisse à Deo reparari ex hoibus alijs, quos Deus potuit condere, n̄ ex Adamo progenitos. Ad 2.am probat.em r̄o hoim̄ oditum ad beatitudinem potuisse sua ipsius culpâ n̄ peruenire ad eumfinem; sicut defacto contigit in Dęmonibus, et hoibus etiam damnatis, post redemptionem factam. Ad 3.am probationem sit Ds esset nario misericors in actu 1.o cum libertate, et potestate exercendi misericordiã in actu 2.o quando expedire iudicaret, n̄ seq.r semper, et nario debere exercere misericordiam in actu 2.o: et hac r̄oe est Ds misericors, etiamsi infinite misericors sit. Sadhuc 2.o r̄o ad argutum omissa mai neg.do mim: Ad huius 1.am probationem r̄o, Deum teneri ad ordinanda peccata per condignam satisfactionem: q.a possunt per condonationem extram ordinari, et remitti. Ad 2.am si sermo sit de peccante considerato ante illam condonationem falsum est: nam tunc est in peccato habituali, et in reatu culpę, et pęnę. Si vero sermo sit de illo post factam condonationem, et grãm Dei infusam verum est, n̄ digni in eo statu à n̄ peccante: 3.o n̄ vrget: nihil .n. derogat Dei suę iustitię si ex peculiari fine miserendi vtatur ɔdonatione, et punitione peccatoris, aut satisfactionem n̄ exigat. S de hoc alibi.

Sec. 3.a

Nariam fuisse Incarnationem, vt condigna pro peccatis satisfactio exhiberetur.

Doctrã in titulo pręfixa partim deducitur ex mō dictis, partim ex dicendis. Deducitur quidem ex mō dictis na-

riam fuisse Incarnationem Divini Verbi ad condignam satisfactionem Deo offerendam pro peccatis, casu quo hęc à puro hoĩe offerri ñ possit. Quare autem hęc offerri ñ possit à puro hoĩe ex dicendis constabit. Itaque difficultas hęc gravissima est inter huius mat̃ę, aut totius etiam Theologię quęstiones: an s. necessaria fuerit Incarnatio Dei, vt condigna pro peccatis satisfactio adhiberetur? Solet hęc difficultas tamen aliis proponi: an s. pura creã, seu purus hõ possit pro suo, vel alieno peccato condignè, et ad ęqualitatem Deo satisfacere? & certè vtrum-que in idem recidit. Ante quam sñiam referam noto, hic ñ loqui nos determinatè de incarnatẽ Verbi Divini potius quam alterius D.ę Personę; nec de incarnatẽ loqui, prout dicitur dicit assumptionem naẽ humanę; & de incarnatẽ Dei, prout est assumptio naẽ creatę rõalis ad satisfaciendum pro peccatis hoĩum. Noto etiam, me in pñsenti ñ loqui de satisfactione ex toto rigore iustitię: nam video inijs verbis aliquid immutceri de noĩe, vt et notavit P.r Conink de incarnatẽ dp. 3. n. 2. Et rõ est: ne in aliam quęstionem relabi cogamur: an. s. detur vera, et rigorosa iustitia inter Deum, et hoĩe, de quo aliquid infra dum nobis est, cum de satisfactione ipsa Xpti D. dicamus.

Consulto g.o de condigna satisfactione loquimur, quando inquirimus: an purus hõ potuerit offerre Deo condignam satisfactionem pro peccatis, sive ea condigna satisfactio dicatur ex toto rigore iustitię, sive ñ dicatur fieri ex toto rig.e iustitię, sive concedamus veram, et rigorosam iustitiam inter Deum et hoĩe, sive illam denegemus. Condignam ĝ satisfactionem dicimus ita proportionatam offensę, vt in genere satisfactionis tanta sit quanta reqr̃ ad extinguendum in creditore ius ad exigendam satisfactionem offensę, vel adversionem conservandam,

sicut qui aliquod beneficium ab amico accipit, potest ei pensare aliquid aliud aut beneficium, aut obsequium, vi cuius satisfactum dicamus priori beneficio in rigore amicitiae, et gratitudinis, et similia ibi invenit vera, et rigorosa ratio iustitiae unius ad aliud. Quaerimus ergo: V. purus homo possit Deo offerre talem, ac tantam satisfactionem pro peccatis, qualis, ac quanta requiritur ad extinguendum in Deo ius ad satisfactionem exigendam, vel aversionem a peccatore continuandam: an vero ad quid necessaria fuerit D. Personae incarnatio? Circa quam advertere oportet, nomine puri hominis significari a nobis hominem in puris naturalibus, et sine gratia, aut auxilio supernaturali; Sed hoc hominem, aut etiam non unitam Deo hypostatice, cum gratia tamen habituali, et auxilio sufficienti ad actus supernaturales eliciendos.

Notandum praeterea est, apud omnes DD. convenire non posse purum hominem ita ex suis viribus satisfacere, ut ei non admisceatur aliquid gratiae, et misericordiae Dei: nam ut paulo ante dicebamus: satisfactio haec non potest fieri in puris naturalibus, seu ex viribus solius naturae: sola. n. natura et omnes illius vires sine auxilio gratiae supernaturalis ad illam dignitatem nunquam possunt pertingere, ut per suas operationes Deo satisfaciant ad remissionem peccati, et promerendam gratiam, quae donum est supernaturale. Cum ergo satisfactio haec fieri debeat ex gratia, et mediis auxiliis supernaturalibus collatis omnino gratis, iam ibi iam admiscetur gratia ipsa, et misericordia Dei ad satisfactionem, sive gratia illa et misericordia sint vere, et proprie condonatio debiti alicuius, sive non sit vere et proprie condonatio debiti: nam ut infra dicemus, sub dubio est: an in omni peccato mortali, et veniali incurrat peccator debitum carendi auxilijs gratiae ad poenitentiam. Notandum tandem est, posse Deum ac

tiis maior, sine omni actus quae ex multis titulis exigeri unde possit actu condigne satisfactorios non acceptare in satisfactionem pro peccatis, sed pro titulis alijs, et ad huc illis actibus positis possunt peccata simul commissa puniri. Quare si Deus acceptaret eiusmodi actus pro condigna satisfactione, aut de illis acceptandis pactum iniret, vere ibi aliquid ulterius gratiae interveniret in condonandis aut remittendis; sed adhuc si Deus eos actus non acceptaret in satisfactionem pro peccatis possent esse ex se condignam satisfactionem, si tales ei essent, ut offensa, ut offensa in ratione satisfactionis adaequaretur.

Difficultas ergo procedit, supposita illa prima gratia, seu parte condonationis, quae fit conferendo auxilia supernalia, et gratiam habitualem subito operaturo, et supposito etiam quod Deus vellit acceptare opera eius in eam satisfactionis partem, cui aequalia, et condigna sint: quod utrumque in satisfact. etiam exhibita a Christo pro nobis contingit. Imo etiam Deus gratis omnino contulit humanitati unionem hypostaticam ad suum Verbum. 2º acceptavit, seu pactum iniuit cum eiusmodi humanitate, iam Verbo unita de acceptandis eius operibus in satisfactionem pro caeterorum hominum peccatis. In hoc ergo sensu quaerimus de condigna satisfact. puri hominis: an scilicet suppositis ijs duobus beneficijs collationis gratiae, et acceptationis operum possit purus homo ad aequalitatem, et de condigno satisfacere pro peccatis? In hac difficultate hoc modo proposita Alexander 3. p. q. 1. art. 2. corp. docet esse contritionem in eo, qui habet gratiam, seu charitatem dari condignam satisfact. pro peccato mortali: quia tanta, imo maior bonitas esse potest in contritione quanta fuerit in peccato malitia. Videtur consentire Capreolus 3. p. q. 1.

art. 2. §. ad vtramque vero. Et Scotus in 3. dist. 20. q. vnica et in 4. dist. 15. q. 1. art. 1. §. quantum ad ista. Et ex Scoto Rada 3. p. q. 1. art. 2. §. ad euidentiam, et Philippus Faber in 3. dist. 41. cap. 2. Quid tamen huic sententiae concesserit Pater Vazq. infra videmus.

Opposita sententia docet fieri nullo modo posse, vt ab vlla creatura pura, seu à puro homine condigna satisfactio pro peccatis exhibeatur. Ita Sanctus Thomas 3. p. q. 1. art. 2. cui communis Theologorum sensus abunde subscripsit, licet in ratione assignanda non omnino conueniant. Haec doctrina fundatur in Patribus, ad quos frequentissimum est probare Christum Dominum nostrum fuisse Deum: quia si Deus non esset non potuisset pro nobis condigne, et ad aequalitatem satisfacere, nosque à peccato redimere. Sanctus Leo serm. 1. de natiuitate: nisi non esset Deus non afferret remedium. Idem epist. 83. ad Episcopos Palestinae: quae autem reconcilliatio est per, qua humano generi propicia respondet Deus, nisi omnium causam mediator Dei, hominumque susciperet. Sanctus Ambrosius ad Hebreos 9. tantum fuit peccatum nostrum, ut saluari non potuissemus aliquando nisi Vnigenitus Filius Dei pro nobis moreretur. Totus est in re ista Anselmus lib. Cur Deus homo, et Athanasius de Passione Domini, et orat. de Christi Diuinitate, et ad maximum clarissime id ipsum docet Proculus [illegible] Homilia de Christi natiuitate: homo, inquit, quod peccati debito subiaceret saluare se non poterat; Angelus vero quod tantum redemptionis pretium ipsi non suppeteret: humanum genus redimere nequibat, supererat igitur, vt ille pro omnium peccatis moreretur, qui nullo peccato obnoxius erat, atque vnica haec restabat mali solutio.

Ex his Patrum testimonijs duo licet colligere. Primo non potuisse purum hominem pro aliorum peccato lethali condig

nam Deo satisfactionem offerre. 1° q^a abs^te dicunt, n̄ potuisse nisi Deum pro nobis satisfacere, tantumq[ue] pretium pro n[ost]ra redempt[ione] offerre. 2° q^a Angelis fere pro hominum peccatis satisfacientibus id denegant. Si g[o] nec Angelus potuit pro hoibus satisfacere ad æqualitatem multo minus poterit homo peccator pro aliorum hoium peccatis satisfacere. 3°, q[uod] infertur ex Th[eolog]is, n̄ posse Unum hoim pro suis met peccatis condigne satisfacere: Si n. J[ustus], qui aliàs nihil debet n̄ pot[est] tantum obsequium Deo offerre, ut pro alio satisfaciat, multo minus poterit pro se ipso is, qui debitor est: nam opus eo gratius, et acceptius est, quo à persona oritur magis grata, debitique liberiori, et n̄ per gravata, et propriè norata proprio debito. Ex his duobus adhuc infertur minus pot[est] peccatorum pro se simul, et pro alijs satisfacere, qui nec pro se solo, nec pro alijs pot[est] prius n. se proprio debito exsoluere, ut postea ad alios, si quid superfuerit in pretium, et solutionem debiti possit redundare. Hæc oia satis manifeste colliguntur ex Th[eolog]is de satisfact[ione] condigna pro peccato lethali. An v[er]o idem etiam dicendum sit de peccato veniali seorsim explicabitur q. sequenti. Sed videamus iam, unde nam ea impotentia condignæ satisfactionis pro peccato lethali prodeat in hoie puro, et qualibet alia etiam creā oriatur.

Sec. 4.

Quare impotis sit puræ cr[eatur]æ condigna satisfactio pro peccatis?

Prima Durandi rō est: q^a ho[mo] per nullum actum pot[est] gratias Deo agere pro beneficijs acceptis: ergo per nullum actum pot[est]

adequate satisfacere pro peccatis. Con͠ pat: qᵃ cum primus sit grãs agere pro beneficijs acceptis, quam satisfacere pro iniurijs illatis, qui nullo suo actu adequate pōt agere grãs Deo multo minus poterit illi satisfacere adequate pro iniuria, seu offensa irrogata. Anᵗ autem vitat: qᵃ quilibet actus, quo velit hō Deo grãs agere pro beneficijs antea acceptis includit novū beneficium Dei auxiliantis, et cooperantis cum grãâ, pro quo novo beneficio sunt novę agendę grãs; Et hinc ab aliquibꝰ reijcitur vt insufficiens hęc rō, si in illa pcise sistatur: qᵃ videlicet ideo insufficiens dr̃ quilibet actus cr̃ ad agendas adequate grãs, qᵃ n̄ pōt eadem actio ē beneficium, et actio gratiarum pro illo ipso beneficio: nam gratiarum actio supponit beneficium, cuiꝰ actio gratiarum ē; cum tamen n̄ possit actio ipsa gratiarum se ipsam supponere ad se ipsam, n̄ poterit per illam actionem satisfieri Deo adequate, quoad agendas grãs pro beneficijs oībꝰ, si in illis etiam novū sit beneficium; at in satisfactione n̄ est eadem actio satisfactio, et offensa. Vnde ex hac parte poterit ē satisfactio adequata pro offensā, licet ē n̄ possit adequata gratiarum actio pro beneficijs acceptis. An vō rō hęc aliter formari possit pro impossibilitate satisfactionis sequenti sectᵉ dicetur.

Scotus et Scotistę rōm reddunt: qᵃ nullus actus purę cr̃ pōt Deum nobis conciliare, seu illum cogere, vt nobis remittat offensam sᵉ extra aliquo Dei favore: ergo nullꝰ actꝰ est purę cr̃, qui sit condigna satisfactio pro peccatis: si n̄. actus esset condigna satisfactio, n̄ esset n̄ arius novus favor, vt se nobis amicum exhiberet, offensam que remitteret. Et hoc Scotistarum pꝛium, quod Lrossbeus alter formasse seuerit in oci: rem n̄ euincit: nam omisso anti? neganda con͠ est: qᵗᵃ condignitas operis in actu 1º datur

independenter ab omni favore extro: Pg licet favor ille
narius sit, vt in actu 2° tolli dicatur, et remitti offensa
dicitur tamen tolli hic, et remitti ex condignitate operis,
si opus tale sit, vt ad illius positionem condigne moveatur
Deus ad favorem illum extrum adiungendum.
Peccat gratia ro ista: & immerito confundit satisfactionem
cum ipso merito: nam vt infra dicam, ad meritum
de condigno in actu 2° hendum requiritur favor
ille, qui n requiritur ad satisfactionem de condigno. Almainus
probat insufficientiam satisfactionis pro offensa:
qa hō n pōt satisfacere pro pena eterna, nec aliquid
ei condignum, et equale solvere. Fsane n probat Almainus,
vt actus puri hois, sicut mereri pōt penam eternam,
satisfacere n possit pro pena eterna. Ponera n bene
arguit: nam cum pena eterna sit quasi effectus offensae,
qui concedat pōe per condignam satisfactionem
eius tolli offensam, concedat etiam pōe per illam tolli penam
eternam.

R. Card. de Lugo dp. 9. sec. 4. rōnem reddit:
quoniam offensa lethalis postulat ex se n pōe compensari
per actus puri, vt sic deterreantur hoīes à peccando
et de gravitate offensae altius studium ferant. Et
posito, quod offensa Dā habeat hanc incompatibilitatem,
quis posterior est ad eius rationem inquirendum cāp. quid
sit illud in offensa Dā, rōe cuius hēt talem, ac tantam incompensabilitatem:
an illam hēat ab intro, an vero ab extro?. Et dum rō hic n assignatur n respondetur sufficienter
difficultati. 2° offensa Dā peccati lethalis est
simpliciter infinita, vel simpliciter finita. 3°, si infinita simpliciter
sit, erit infinitudo optima, et primaria rō illius. in

compensabilitati per actus puræ creaturæ. Ex eo enim hanc reddere non poterit Eminentissimus Cardinalis qui infinitudinem offensæ denegat. Si enim offensa finita sit, ut ipse ait, poterit compensari, et adæquari per obsequia puræ creaturæ, licet hæc finita sint. Si autem dicatur ab extrinseco aduenire eiusmodi incompensabilitatem, quia videlicet Deus statuit non acceptare actionem puræ creaturæ in satisfactionem pro peccato, ut hac ratione homines à peccando deterreat, id sane non sufficit ad tollendam internam condignitatem satisfactionis, ut contra Scotum dicebamus: tum tandem quia ad deterrendum homines à peccando sufficiens erat infinita, et æterna pœna peccantibus imminens, nec tamen homines illa adhuc à peccatis arcentur; cum tamen timore plerumque maxime commoueantur. Imo parum videtur conferre impossibilitas illa satisfactionis exhibendæ à pura creatura ad illum finem si alias sciant, ut reipsa sciunt, facilem sibi Deum fore aduersam per contritionis actum adiunctâ iam Dei hominis satisfactione, quam pro nobis exhibuit.

Pater Vasquez hic disputatione 2. capite 4. et 6. duas adducit rationes aliam pro satisfactione offensæ proprię, aliam pro satisfactione offensæ alienæ. De hac 2° infra seorsim dicetur à nobis, ne multa hic permiscere videamur. Probat ergo nullam puram creaturam posse satisfacere adæquate pro offensâ propriâ, licet possit efficere actum æqualis bonitatis cum malitia peccati, qualis est apud ipsum actus contritionis, aut dilectionis Dei super omnia. Non est inquit, condigna satisfactio, quæ non aufert totum debitum, sed actus contritionis, et dilectionis Dei super omnia in pura creatura non aufert totum debitum peccati: ergo non est condigna satisfactio. Minor probatur: quia per peccatum contraxit homo debitum carendi omni auxilio supernaturali ad amicitiam Dei per actum contritionis, aut dilectionis recuperandi. Sed actus ille contritionis, aut dilectionis Dei fieri

debitur per auxium Dei i'nale: ergo n' possunt fieri, quin supponant tale auxium collatum, et remissum iam illud debitum. Hanc doctrinam secutus est P.r Hurtado Complutensis dp. 1. et satis Meracius de incarnatione dp. 3. illumque illustrant docti RR.PP. Et adhuc ra-
ti pot 1.º nam inde fieret, Xptum D. n' satisfecisse condigne pro peccatis hominum: nam homo peccatum n' solo contrahit debitum illud carendi auxio interno supernali; et etiam debitum carendi omni auxio etiam externo, quale fit per redemptionem, qui nos suis meritis in Divinam restituit amicitiam nobis merendo auxilia illa interna: et sicut dr Deus remittere peccatori debitum carendi auxº interno, quando illud reipsa confert, dr etiam remisisse peccatoribus partem illam debiti carendi redemptore, quando sua ipsius benignitate ductus redemptorem nobis concessit.

Scio à multis dici, debitum illud carendi auxº supernali esse peccati pœnam, et hinc posset 2º impugnari P.r Vaz. quia licet homo n' satisfaciat plene pro pœna peccati potest satisfacere plene, et ad æqualitatem pro culpa, et offensâ: ergo licet homo n' satisfaciat pro parte illâ debiti, quæ est per modum pœnæ, poterit ad æqualitatem et plene satisfacere pro culpâ, et offensâ irrogatâ, si nimirum actum eliciat contritionis, aut dilectionis perfectæ. sed hæc impugnatio aliquibus n' placet: quia videtur impossibile, quod sit plena, et adæquata satisfactio pro culpâ, et offensa irrogatâ, quæ n' extinguat omnem reatum pœnæ, seu illius debitum: nam cum reatus pœnæ, seu debitum illam subeundi sit aliquid ortum à culpâ, et offensa implicare videtur, quod aliquis plene, et perfecte dicatur alteri satisfacere pro offensâ, et quod adhuc maneat ille sub reatu pœnæ, seu debiti illam subeundi. Poterit

quidem aliqui tale obsequium alteri exhibere, ut dignus sit cui offensa remittatur, quantum ad aversionem actualem, et inimicitiam, si tamen non sit tale obsequium, ut condigne extinguat reatum omnem, et ius ad aliquid aliud exigendum non erit condigna satisfactio in genere formali satisfactionis. sed in genere obsequij, aut meriti amicitiam utcumque conciliantis. quod patet in humanis: contingit enim aliquando, quod offensus quis in offendente videat tale erga se obsequium, ut illum in suam amicitiam recipiat motus per tale obsequium, licet adhuc sub amicitia aliquid aliud ab illo possit per modum satisfactionis exigere: ergo obsequium illud, quodcumque movit ad amicitiam redintegrandam equale non erat in genere satisfactionis.

Secundo ergo et praecipue apud me impugnatur: quia illud debitum carendi auxilio supernali sive interno, sive externo non est per modum poenae, licet sit aliquomodo subsecutum ad culpam, et offensam illatam. itaque debitum illud est per modum indignitatis; quia videlicet qui Deum graviter offendit indignus constituitur formaliter per offensam, cui Deus auxilia gratiae conferat, ut in Dei ipsius amicitiam redire possit: inimicus enim eo ipso, et formaliter quod inimicus est, indignus est beneficijs gratuitis, qualia sunt gratiae auxilia: non ergo consideranda est hic indignitas per modum poenae subsecutae ad culpam, et offensam. sed per modum parti cuiusdam secundarij proprij ipsius culpae et offensae. Et hinc solidior est impugnatio doctrinae illius Scotistarum. nam etiamsi Deus peccatori conferat auxilium supernali ad contritionis, vel dilectionis actum, non tollit ab illo indignitatem illam, quam per peccatum habebat: nam adhuc post collatum auxilium peccatori antequam actum ipse

sum contritioni, aut dilectioni chiat indignitas, cui auxi-
um illud confertur: n. g. tollitur indignitas per collationem
auxij. Vnde si debitum illud carendi auxilio nihil aliud
sit, quam hęc indignitas auxij, seu dignitas carendi
auxilio n. remittitur debitum aliquod, licet auxium con
feratur; et hac rõe intelligendum est etiam debitum caren
di redemptore: nam hoc debitum nihil aliud erat nisi
peccatoris indignitas, vt illi redemptor concederetur. Si g.º in
collat. auxij nullum remittitur proprium debitum, et alias
dicatur contritio, aut dilectio Dei sufficiens satisfactio p
aliquo offensę debito erit condigna, et plena satisfactio p
offensâ. An v.º id ita sit iam dicamus.

Sec. 5.ª

Ratio nrã pro doctrâ iacta proponit.

Vt nrãm de re ista sent. feramus, et rõem, quam efficaci-
orum ducimus, proponere possimus, supponimus primo ex
mat.â de iustitia, etiure, offensam aliam dici personalem,
et aliam realem, cui hoc etiam mõ respondet ęqualis sati
factio. Offensa realis est, qua quis rem aliquam alterius
contra eius voluntatem vsurpat, satisfactio quę istius offensę fit
reddendo rem illam, aut aliquid aliud illi ęquivalens, vt
si quis 100 aureos furetur offensa realis est; quia par
te res illa contra domini voluntatem è, satisfactio quę ad ęqua-
litatem offensę realis fit, si 100 aurei restituantur. Of
fensa personalis vltra realem offensam addit funda-
mentum positivum, seu motivum rõale, vt offensus ab
alio, sit illi inimicus, ab illoque avertatur propter opus
contra se patratum, satisfactio quę ęqualis huic offensę illa
erit rõe cuius ille, qui offendit à se tollat dignitatem
illam aversionis efficiendo aliquid, vi cuius dicatur of-

sensu non tollit iam realem motivum adversionem, quam
antea habebat. Quod quidem est possibile etiam si obsequium
non tale sit, ut ad amicitiam conciliandam sufficere
possit. Itaque satisfactio offensae personalis erit aequa-
lis, et condigna si sufficiens sit ad tollendum motivum
reale aversionis, licet non sit sufficiens ad conciliandam
amicitiam. Et hinc est, quod si offenso offeratur
ab offendente satisfactio aequalis, et condigna non poterit
tunc manere in actuali aversione; tenetur ergo si rationabiliter
procedat acceptare satisfactionem illam in ordine ad tol-
lendam aversionem, licet non teneatur admittere offensum
in sui amicitiam.

Confirmatur hoc et explicatur assignando discri-
men inter satisfactionem, et meritum: nam licet satisfac-
tio correspondeat offensae, et meritum correspondeat praemio, ad
huc tamen ut meritum pariat obligationem in actu 1°
conferendi praemium debet intercedere pactum, quod non debet
intercedere, ut satisfactio, si condigna sit, et aequalis, pariat
obligationem remittendi offensam, et deponendi aversio-
nem. Ratio discriminis est: quia inter praemiantem et me-
rentem datur quidam quasi contractus emptionis et ven-
ditionis, qui scilicet praemium offert quasi venales exponit
emptori merces, sub conditione quod tale opus efficiat qua-
si in praemium: qui vero meretur, offert opus illud, quod
meritorium dicitur quasi in pretium mercium, seu praemii;
nec alienum hoc est a Sacra Scriptura amicitia quae et dominus Dei,
clamantis apud Isaiam: qui non habetis argentum properate,
emite, et comedite. Et in novo testamento, sub
parabola thesauri absconditi: qui invenit vade, et ven-
dit omnia, quae habet, et emit agrum illum etc. Ut ergo in eius-
modi contractu meriti, et praemii oriatur obligatio ex parte
praemiantis debet intercedere pactum, sicut in emptione, et

venditi: licet eiusm pactum non efficiat illud opus dignum pretio. v.g. equus ex se valet mille aureos, quibus æstimatur; at ut emptor possit iure exigere ab alio equum non satis est, quod illi offerat mille aureos. sed debet utrinque intercedere pactum, seu contractus inter illos. Longe aliter evenit in satisfactione: nam ut in creditore oriatur obligatio acceptandi in satisfactionem id, quod à debitore offertur, satis est, quod id sit æquale, et condigna satisfactio debiti, nec poterit rationabiliter recusare acceptationem satisfactionis sufficientis, aut post illam exhibitam manere rationabiliter poterit in actuali aversione.

Hinc iam probatur à nobis, nullam posse puram creaturam Deo condigne, et ad æqualitatem satisfacere pro offensâ peccati lethalis proprij: quia si aliquod puræ creaturæ opus esset condigna satisfactio, et æqualis pro offensâ Deo illatâ per peccatum lethale proprium non posset Deus rationabiliter non acceptare tale opus in satisfactionem pro tali offensâ. sed quodlibet creaturæ opus potest Deus rationabiliter non acceptare in satisfactionem pro offensâ peccati lethalis proprij: ergo nullum puræ creaturæ opus est condigna, et æqualis satisfactio pro offensâ Deo illatâ per peccatum lethale proprium. Maior constat ex proxime dictis. Minor probatur: quia quodcumque opus puræ creaturæ factum in Dei obsequium vix est sufficiens solutio, et satisfactio alterius debiti, nempe ex gratitudine, qua homo tenebatur propter beneficium sibi à Deo collatum in auxilio supernaturali ad tale opus, imo et opus ipsum est novum quoddam beneficium Dei non solum prævenientis, sed adiuvantis et cooperantis: ergo quodcumque opus puræ creaturæ tale est, ut

adhuc illo posito, posset Deus aversionem, quam habebat, rationabiliter non deponere: ergo nullum opus tale est, ut sit condigna illius offensae satisfactio. Probatur haec ultima consequentia ex minore antecedentis, quam sic probo: quia nullum obsequium quod sit solutio gratitudinis propter acceptum beneficium, potest obligare aliquem, ut illud obsequium acceptet in solutionem et satisfactionem pro offensa: ergo dum Deus acceptat eiusmodi obsequium in satisfactionem pro offensa aliquid ibi condonatur ex debito, atque adeo non est in genere satisfactionis condigna, et aequalis satisfactio.

Confirmatur 1°. nam offensus ratione offensae sibi illatae acquirit novum ius in offendentem, et ille contrahit novum debitum: ergo ratione offensae poterit offensus aliquid amplius exigere, quam sine offensa posset, et offensor debebit offerre aliquid amplius quam antea debebat, si velit pro offensa condigne satisfacere: ergo qui non posset aliquid amplius offerre, quam quod ex gratitudine offerre debebat, non poterit condigne satisfacere pro offensa. Confirmatur 2°. quia per satisfactionem condignam, ille qui offenderat acquirit ius quoddam ut offensus deponat aversionem, quam iure habebat contra ipsum. Sed per solutionem debiti, quo tenebatur ex gratitudine, non potest ullum acquirere ius adversum benefactorem offensum: ergo solutio debiti ex gratitudine non potest esse condigna satisfactio offensae. Confirmatur 3°. et supponamus duos esse offensores Petri, quorum alter ex gratitudine deberet Petrum instituere suorum bonorum haeredem, alter qui vellet eundem Petrum haeredem etiam instituere in satisfactionem pro offensa; instituatur ergo haeres ab utroque; certe si institutio haec ab hoc postremo facta sit condigna satisfa-

tio offensæ, cuius solum debitum in illo erat, non poterit in alio esse sufficiens ad extinguendum debitum gratitudinis: sed debitum superveniens non potest extingui per id, quod vix erat satis ad extinguendum primum debitum gratitudinis.

Confirmatur 4.º quia satisfactio condigna talis esse debet, ut si non esset offensa maneret obligatus ille, cui offertur tale obsequium, ad aliquid in gratitudinem præstandum: sed si talis sit satisfactio, aut obsequium, ut sine offensâ intercedente ad nihil præstandum propter obsequium illud teneretur is, cui tale obsequium offertur, non erit satisfactio condigna. sed talis est quæcumque Deo offertur à creatura: ergo etc. Maior probatur quia irrationabile prorsus est, quod offensus teneatur deponere aversionem, quam iuste habebat, propter id solum quod ad nihil obligaretur, si non esset offensus. Huc etiam vocari utcumque poterit ratio, quæ ab aliis ex dominio Dei desumitur, ratione cuius poterat Deus etiam sine ulla offensâ exigere à creaturâ quodcumque opus bonum, ad quod patrandum auxilium suæ gratiæ præbuisset. Et huc etiam venire potest ratio Patris Suar. quam aliqui sequuntur, et illustrat Rainaudus: cum satisfactio, et offensâ in casu puræ creaturæ, de qua loquimur, verteretur inter eadem extrema. scilicet inter Deum, et creaturam, longè distat quodlibet creaturæ obsequium ab æqualitate satisfactionis pro offensâ. Imo qua ratione crevit offensa ex vilitate creaturæ, et dignitate Dei decrevit obsequium à ratione condignæ satisfactionis ex eâdem creaturæ vilitate, et dignitate Dei: quia quo vilior est et abiectior persona, quæ satisfacit, et obsequium offert, et quo dignior est persona, cui offertur, eò decrevit obsequium ab æstimatione, et valore ad satisfactionem. Secundo: quod ob

Se-

sequium non creuit in ratione satisfactionis pro offensa Deo il-
lata, qua proportione creuit in bonitate morali: nam
opus bonum quanto maiorem gratiam, et beneficium Dei ex
poscit, quo melius est, et excellentius: ergo quo melius, et
excellentius est, eo maiori titulo Deo debetur ex gratitudi-
ne: ergo crescente debito gratitudinis, non poterit in satisfac-
tionem pro offensa, ea proportione excrescere, qua ex
creuit in bonitate morali.

Sec. 6.

Obiectionib. contra nram doctrinam solutionem paramus.

Obiicitur 1°. Ergo sequi Christum D. condignè, et adaequalitatem
pro peccatis hominum satisfecit, quod est absurdum. Sequi au-
tem probatur: quia quidquid poterat Christus D. offerre Deo in satisfactio-
nem condignam pro peccatis hominum, Deo debebat ex titulo
gratitudinis: ergo non poterat per obsequium illud Deo exhibi-
tum satisfacere adaequalitatem pro offensa. Confirmatur:
quia Christus D. agit gratias Deo Patri pro beneficijs non solum hominibus,
sibi etiam collatis: nam apud Ioan. 11. in resurrectione
Lazari ait: Pater gratias tibi ago, quoniam audisti me: sed
ergo gratias agit, eam ex gratitudine egit: ergo titulo gratitu-
dinis tenebatur erga Deum. Dicitur 1°. Christi D. opera esse
valoris infiniti, et posse per illa satisfacere infinitis debitis,
siue ex gratitudine pro beneficijs suae humanitati colla-
tis, siue ex offensa ab hominibus abrogata. Dicitur 2°, potuisse
se Christum D. per 1um actum sui amorem erga Deum satis-
facere debito gratitudinis, et per alia opera subsecuta
debito nostrae offensae. 3°. etiam responderi poterit quod licet hu-
manitati Christi D. maximum fuerit collatum beneficium,
et summa gratia in eo quod ad Unionem hypostaticam
cum Verbo assumeretur, pro quo beneficio summas debuit
gratias referre; at ex suppositione Unionis hypostaticae opera do-

na grã et auxiã n̄ sunt ipsi quasi beneficia, ex omni mo-
da libertate collata. nam licet humanitati secundum se
n̄ debebantur, debebantur tamen Unioni hypostaticæ, et
humanitati prout unitæ: nam ut S.ª retulimus ex Aug.º in
Enchiridion c. 4. *adeo illi homini post Unionem hy-
postaticam debita erat oĩs grã, ac si in nãe huma-
næ suscept.e fieret quodam mõ ipsa grã connalis.*

Itaque aliud est loqui de humanitate secundum
se, et aliud loqui de humanitate prout Unitã, seu de Xpto
D. qui Deus est, et homo: Si n. de Xpto D. loquamur,
omnia auxiã grã illi debebantur ad operationes honestas
eliciendas: ergo n̄ offerebantur illi oĩo liberaliter. s. ex debito
connali ipsius Unionis hypostaticæ: ergo Xptus D. sic conside-
ratur n̄ obligabatur titulo proprio gratitudinis propter auxi-
lia humanitati collatã ad honestatem operationum: nam
ubi propriã liberalitas n̄ est, n̄ datur proprie beneficium, nec
obligationem gratitudinis parit: debet ergo humanitas Xpti
D. gratitudinem propter Unionem hypostaticam, et propter
auxiã liberaliter collatã se tenente in ipsa collat.e Unionis,
tanquam in ceterorum bonorum radice: at hõ ille Deus,
seu Xptus D. satisfaciens pro peccatis hoĩum n̄ debet
ex propria gratitudine id, quod pro nobis Deo P.i in sa-
tisfact.e obtulit. Ad 3.m fateor, Xptum D. egisse Di
grãs pro beneficiis, n̄ ut sibi collatis, sed in nr̃i commo-
exauditio. dum: nam ipsa Xpti D. exhauritio erat quoddam
beneficium n̄ rã Xpti D., cui talis exhauritio debebat,
s. rã nr̃i, in quorum commodum vergebat; nec tamen
debebatur nobis, Xptum D. in nr̃i commodum ex
exaudire. haurire, quod forte voluit innuere Xptus D. cum post
relata verba subdit: *ego autem sciebam, quod sem-
per me audis.*

Obiicitur 7º: hominis iusti opus, quamuis sit Deo debitum ex gratitudine, imo aliis ex titulis, adhuc tamen est condigne meritorium gratiae, et gloriae, parit que ius aduersus Deum ad huius modi praemium: ergo et poterit etiam esse condigne satisfactorium pro offensa, parere que ius aduersus Deum, ut probabiliter deponat auersionem. Probatur consequentia: quia sicut satisfactio requirit valorem in opere, per quod satisfacit, ita meritum requirit valorem in opera ad merendum: ergo si non obstante debito gratitudinis datur in opere valor ad merendum dabitur etiam valor ad satisfaciendum. Respondeo concesso antecedenti, et negando consequentiam. Ratio disparitatis est discrimen illud, quod supra assignauimus inter satisfactionem condignam, et condignum meritum: nam ad meritum condignum sufficit ex parte operis bonitas moralis cum supernalitate, et amicitia subiecti erga Deum, accedente que pacto, et contractu gratioso, quo Deus tali operi praemium offerat. Datur in actu 2º ius aduersum Deum ex fidelitate pacti ad inferendum praemium operi promissum. At vero ad satisfaciendum condigne non debet intercedere pactum, sed tale debet esse opus ex se, ut possit vi illius extingui in offenso ius ad auersionem, oriri que in offensore ius aliud in offensum, ut ille deponat auersionem illam. Quod autem non sit satis bonitas operis, ut habeat hunc satisfactionis effectum, patet: nam si quis alium offendat, et post offensam efficiat eximium aliquod opus, poterit per illud opus mereri laudem, et forte etiam praemium ab offenso promissum tali operi: nec tamen satisfaciet illi pro offensa, si opus illud non sit obsequium factum erga personam offensam, taleque ac tantum, ut iure teneatur auersionem deponere.

Obiicitur 8º: quando plura debita sunt in uno debitore erga eundem ~~debitorem~~, in potestate debitoris + creditorem

assignare debitum, in cuius solutionem vult quantitatem aliquam creditori tradere v.g. debet Petrus Paulo mille aureos ex mutuo: quia videlicet Paulus Petro dedit mutuo mille aureos, debet etiam mille ex damno illato, quia idem Paulus eidem Petro alios mille aureos furatus est, vellit Petrus soluere Paulo mille aureos, in potestate Petri debitoris est assignare: an illi mille aurei in solutionem debiti contracti ex mutuo sint, an uero sint in solutionem debiti ex damno illato. ita L. 1. glossa 1. et sequentibus ff. de solut. L. 1. C. eodem tit.° L. si usurar. C. de usuris. Et L. 10. tit.° 14. part. 9. Et ratio persuadet: quia debitor potest legem constituere rei suæ: cum ergo illi mille aurei sint adhuc in potestate, et dominio debitoris, et inter sua computentur, bene poterit illis legem constituere, ut in huius debiti, et non in alterius solutionem deseruiant. Hinc pro re nostra: ergo licet opus homo debeat Deo actum charitatis, aut contritionis perfectæ, et pro debito gratitudinis, et pro offensa illata, in potestate hominis debitoris erit velle actu charitatis, aut contritionis se debito offensæ soluere, et manebit adhuc insolutum gratitudinis debitum: ergo si hac ratione id fiat, erit plene satisfactum pro offensa, licet non pro debito gratitudinis.

Confirmatur 1.° quia si quis erga alium tenetur titulo gratitudinis, et iustitiæ, vel ex mutuo, vel ex damno illato non est in potestate creditoris accipere in gratitudinem id, quod a debitore offertur in solutionem debiti ex iustitia: ergo si quis offerat Deo in satisfactionem debiti ex iustitia propter offensam opus aliquod non poterit Deus illud opus acceptare in gratitudinem relinquendo insolutam offensam. Confirmatur 2.°: quia denique non est in potestate debitoris, et in creditoris potestate declarare pro quo debito vellit acceptare solutionem, poterit Deus actum charitatis, seu contritionis acceptare pro offensa, et non pro gratitudine beneficij

collari: si ergo id faciat Deus erit condigna satisfactio pro offensâ. Probatur cons: quia si illud opus accipiatur à Deo in gratitudinem, erit solutio huius debiti: ergo si illud pro offensa accipiatur erit satisfactio condigna offensæ. Quod autem non sit condigna, non debet probari ex eo quod sit opus aliàs ex gratitudine debitum; sed ex eo quod opus illud ex se, licet in solutionem offensæ accipiatur, sufficiens non sit ad extinguendum debitum contractum ex offensâ. Quod vero sufficiens sit ex se ad extinguendum eiusmodi debitum ex offensâ contractum, probatur: nam qui damnum intulit plenè satisfacit pro damno si reddat quantum ablatum est: ergo qui offensam intulit plenè satisfacit pro offensâ si reddat offenso quod ablatum erat per offensam; At peccator per actum contritionis perfectæ, actumue charitatis reddit Deo rationem ultimi finis, et quod per offensam peccati mortalis ablatum erat: ergo per eiusmodi actum plenè Deo satisfacit.

Ad argumentum in 2° contrario anti, et doctrinâ illa innixi negando cons. pro re nostra. Ratio discriminis est, 1° quia duo illa debita ex mutuo, et ex damno illato non concurrunt in eisdem mille aureis: nam ex mutuo debet Petrus mille, et ex damno illato debet alios mille; at vero in nostro casu debitum gratitudinis cadit super eandem illam operationem, seu obsequium, quod in satisfactionem pro offensâ offeratur. Vnde non erit in potestate hominis debitoris, quod non accipiatur in solutionem debiti gratitudinis. Secundo quia ad solutionem debiti contracti ex mutuo, parum refert, quod illi mille aurei sint, vel non sint aliunde debiti ex damno illato; at ad solutionem debiti contracti ex offensâ multum refert, quod opus sit, vel non sit aliunde debitum: nam sicut offensor inhonorauit ultra debitum debet ad satisfactionem condignam honorare ultra debi-

bitum. Ad 1am confirm. dicto etiam anti. neg. conam: dis
paritas est, q̃d in anti sermo est de iniuria reali; in co
enti vo de offensâ, et iniuria personali: Solvitur iniuria
realis ex damno illato, si id offeratur, q̃d ex iustitia
debetur ad æqualitatem rei ad rem; at vo iniuria et offen
sa personalis n̄ solvitur per id, quod aliàs ex gratitudine
debebatur, hoc. n. ut diximus, nunquam erit ad æqualitatem sa-
tisfactio pro tali offensâ. Ad 2am confirm. dicto anti, ne-
ganda est cons: et ad probationem similiter concesso anti
neg. conam. Ratio discriminis est; quod condigna satisfactio pro
offensâ illatâ essentialiter dicit esse ex indebitis: licet ergo illud
opus accipiatur à Deo pro offensâ, cum n̄ sit ex aliàs in
debitis, nunquam poterit esse condigna satisfactio offensæ
personalis. Instantia, quæ sequitur, probat aliquid de in
iuriâ reali Deo illatâ; n̄ vo de iniuria personali. quare
re sunt qui cedant aliqui conditionis vim satisfaciendi
pro reali iniuria contra Deum; n̄ vo pro offensâ, et in
iuriâ personali illius.

Sect. 1.a

Aliorum argumentorum solutio.

Obiicitur 1o: bonum opus hominis iusti in præsenti Dei Providen
tia de rebus supernaturalibus, quamvis cedat in solutionem debiti
ex gratitudine, adhuc est condigna satisfactio pro aliqua
pœna peccatis debita: ergo similiter licet debeatur ex grati-
tudine opus, erit condigna satisfactio pro offensâ. Confirma-
tur: quia n̄ implicat, quod per idem opus satisfaciat homo plu-
ribus debitis, maxime si n̄ omnia ex iustitia sint: ergo n̄ impli-
cabit, q̃d per idem opus satisfaciat etiam debito gratitu-
dinis, et offensæ: nam licet debitum contractum ex of-
fensa sit debitum ex iustitia; at vo debitum ex gratitu-
dine ex iustitia n̄ est. Anti constat multis exemplis. 1o, si
quis ieiunium Deo vovit in Vigilia tenetur ex præcepto

Ecclesiastico, et ex voto ad ieiunium. Satisfacit autem uno, et eodem ieiunio utrique debito. 2º Si Pluii Pro ex- treme indigenti debeat ex iustitia 100. tenetur et ex iusti- tia, et ex charitate illi subvenire. Si tamen ea centum soluat utraque obligat. solutur met: & utrique satisfacit. 3º Si Deus mihi praecipiat aliquod opus, tenear ad illud exequendum et ex gratitudine, et ex obedientia: huic autem obligationi utri que satisfit per unum, et idem opus praeceptum. Sicut per unum et idem opus, ex debito gratitudinis, et debito obedientiae me exsoluo, quare etiam non me exsoluam per unum, et idem opus ex debito gratitudinis, et offensae debito.

videtur iustitiam intercessisse in satisfactione Xpti D. quia diffi-
cile illis est, quaenam iustitia dicenda sit intercessisse: Ad quod

pro re p̄senti triplex distr. species iustitię: alia est Cōmutativa, alia Vindicativa, et alia distributiva. Iustitia Commutativa versatur in rerum commutationibus, quales coīter fiunt in contractibus emptionis, et venditionis. Ad hanc pertinet solutio debiti et satisfactio pro offensa: nam satisfactio pro offensa est solutio quędam debiti satisfaciendi. Iustitia distributiva exercet in largitione muneris habita meritorum proportione, videlicet uni plura, et alteri pauciora demandent. Iustitia Vindicativa ē, quę infligit pœnas delictis debitas, ne scelera maneant impunita. Ubi ego adverto ab hac iustitia Vindicativa nō differre in modo illam exercendi iustitiam illam, quę pro meritis p̄mia elargitur: nam sicut a Vindicativa infligunt delictis pœnę, ita ab illa alia, quasi p̄miativa iustitia donant p̄mia meritis. Concludo breviter pro re p̄senti mai ex p̄te has species infligendi pœnas et donandi p̄mia in mō potius differre quam in ratione administrandi, aut exercendi iustitiam.

His suppositis, certum debet esse satisfactionem Xp̄ti D. nō fuisse ex iustitia distributiva: quia neque in illa exercet a Xpto D. aliqua iustitia distributiva erga Deum, neque exercet erga Xptum D. ut patet. Et licet ab aliquibus dicatur exerceri iustitiam distributivam erga hoīes: quia propter illa merita obligatus mansit Deus ad conferendum iustitia bene operantibus maiora dona gratię, et glorię pro dignitate personę operantis, et pro valore operationis attamen iustitia distributiva nō exercet a Deo neque a Xpto D. quando illi fit satisfactio pro hoībus. Siquando enim ipso Deo, aut etiam Xpto dona gratię, et glorię hoībus propter ipsius merita conferunt, ut bene notat P. Aldrete d. p. 19. ante sec. 1. et P. Fernal d. p. 7. sec. 7. n. 82. Ergo pro Xptus D. Deum obligaverit, ut ex iustitia distributiva dona illa hoībus conferret, vi quod deinde potius quam de re. An vero in Deo concedenda sit iustitia proprie distri-

butiva tractant DD. ad 1. p. S. Thę. nãr ibi Vaz dp. 86. et sępe alias. Cui adstipulant P.r Arrubal, P.r Lesig, P.r Torres Complur. et Conink apud alios dict. hic dp. 13. apud quem d.rxia sã Vr et Sancti Thę in 4. diste 46. q. 1. ar. 1. Cui tōir adhęrent DD. alij tcedentes Deo iustiam distributivam, quam exercet in bonum Ecclesię distribuendo hoibꝫ bona grãs in bonum cōe totię corp.s cuię diversa membra diversum munę sunt. pro cuię etiam diverso Vsu in coelis dona glę rent.

De iustia Vindicativã censeo, dum Xpri D. satisfactionem pro peccatis houm fuisse ex iustiã Vindicativã. n quidem activę. s passivę ꝗ Vt exercet à reo sustinente pęnam sceleriꝰ debitam: D.9.n. in Xpro D. possuit iniquitates oium nrum, Vt .S. illas in Xpro D. Vindicaret, Vt iudex, qui reum punit, dum ab illo pęnas, l pro se debitas, l pro alijs exposcit. Ita P.r Mol. 1. p. q. 21. ar. 1. §. 4. notandum, et P.r Aldre. dp. 14. sec. 2. ja P.r Bern. dp. 7. sec. 9. et Cardi. de Lug. dp. 3. sec. 10. P.r q. Xpri D. Passio procedebat à Deo, Vt à iudice puniente in ipso iniquitates nrãs, et à Xpro D. Vt à reo exsolvente nrum debitum per illas suas pęnas, quas patiebatur: s hoc est ex iustiã proię Vindicativã: ꝗ satisfactio Xpri D. proię fuit ex iustiã Vindicativa. Mir pbr ex ipsã nrã iustię Vindicativę, cuię actę est ex parte Judicis imperantis pęnam in satisfactionem pro debito: et ex p.te rei ipsię illam sustinentis, Vt debito creditor satisfiat: iustum quippe est, Vt nihil maneat oio impunitū: s cuique delicto sua pęna rdat. Mar Vo. pbr qm q.d fere tōis sui s. SS. P.P. quoties de Passione D. et redempt. generis humani Loquuntur; pr etiam rō: qa ex supp.e q.d D.9 vellet condignè

punire peccata hominum et per condignam hanc punitio-
nem satisfieri iustitiae vindicativae, hoc quae hac ratione a debito
subeundae aeternae poenae liberare, non aliter poterat, quam obtinen-
endo Passionem Christi D. ut poenam nostri debiti, ab
illo pro nobis peccatoribus subeundam.

Pro cuius doctrinae clariori et explicatione. Advertere in
peccato hominum, ut ex alibi dictis constat, dari et rationem ma-
litiae et rationem offensae, et ratione utriusque quae dari poenam in
fligendam a Iudice ut tali. Rursus in Deo dari du-
plex munus ad exigendam a peccatoribus satisfactionem
et poenam. Primum munus est personae, contra quam est offensa, sive
hoc munus consideret ut personae privatae, sive ut personae publi-
cae. Praeterea datur munus Iudicis in Deo. Deus ergo quia persona
est, contra quam offensa fuit, ius habet personale, ut sibi fiat
satisfactio: satisfactio enim ab offendente debetur personae
offensae. At quia Iudex etiam est, habet ius aliud, ut vindic-
tam sumat a delinquentibus. Cum ergo hoc utrumque ius
in eadem persona coniungat, decrevit, ut satisfactio eadem
sit offensae sibi personaliter irrogatae, et publica etiam
vindicta, poena pro delicto patrato contra leges. Et quo-
ad hanc posteriorem muneris partem exercet Deus
iustitiam vindicativam, quae propria est Iudicis. Et sicut
Deus posset rem aliter decernere, aut statuere remitten-
do scilicet satisfactionem sibi personaliter debitam, et vin
dictam etiam publicam, attamen eo ipso quod ut Iudex
voluerit se gerere, non potest non uti iustitia vindicativa, in
quam rem aptissima sunt verba Macharii Senioris Egyp
tii hom. 15. Deus inquit, sui iuris est, et quod vult fa-
cit, ita ut si visum sit ei, per potentiam suam mittere
possit iustos in Gehennam, peccatores vero in regnum Caelo-
rum. Sicut hoc minime velit, nec ei gratum sit, quia Do-
minus iustus est Iudex: nimirum quia sibi Iudicis munus
assumpsit, non potest ei esse gratum.

Probatur non satisfecisse Christum D. ex iustitia

commutativa concludunt ex suis principiis PP. Bern. et Cardi. de Lugo paulo ante relati. Verum ego ex mox dictis oppositum concludo s. satisfactionem fuisse non solo ex iustitia vindicativa, sed etiam ex iustitia commutativa: Nam iustitia commutativa in re ista offensae, et satisfactionis exercet in eo quod offenso fiat satisfactio, talis ac tanta, ut ratione ipsius non possit iam iure manere offensus; sed Christus D. talem satisfactionem Deo obtulit pro offensa ab hominibus irrogata, ut non possit iure adhuc manere offensus: ergo in ea satisfactione exercet iustitia commutativa. Maior supponitur ab omnibus: nec enim potest aliter explicari, aut intelligi iustitia commutativa in re ista offensae, et satisfactionis. Et patet: nam iustitia commutativa exercet in eo quod satisfactio pro offensa sit sufficiens solutio debiti ex offensa relicti: cum autem debitum ex offensa relictum sit debitum satisfaciendi offenso, ut ille iustam offensionem, et aversionem deponat, ad quam non deponendam habet ius, donec illi fiat condigna satisfactio; fit ergo inde, quod si illi talis satisfactio offerat vel ab ipso offendente, vel ab eo, qui inter utrumque constitutus est cum potestate ad satisfaciendum, non possit non deponere offensionem, aut iure aversionem servare: ergo si ea satisfactio offerat offenso, illi satisfactum est ex iustitia commutativa.

Minor: quod a Christo D. talem satisfactionem obtulerit Deo pro offensa ab hominibus irrogata, ut non possit adhuc iure manere offensus, quae erat mi[illegible] discursus proxime facti, probatur imprimis sua ex authoritate PP. asserentium Deo fuisse satisfactum a Christo D. pro offensa et peccatis hominum, quod idem est, atque fuisse illi satisfactum, ut aversionem deponeret, quam habebat ex offensa contractam. Probatur 2.o ratione: quia eo ipso, quod talis ac tanta satisfactio fuerit oblata Deo pro hominibus a Christo D. quem pro illis ipse Deus fideiussorem constituerat, et accepta-

ve.

verat, non debet etiam acceptare eiusmodi satisfactionem pro hominibus oblatam in ordine ad aversionem deponendam. Et confirmatur explicatur quae ro prox. facta: supponamus n. in eadem persona physica concurrere offensam illam, qua homines Deum offenderant, et satisfactionem illam, quam pro illis exhibuit Xptus D. quod quidem ita supponendum est, ut offensa non sit maior, quam re ipsa fuit in hominibus, nec satisfactio sit minor quam re ipsa fuit in Xpto D. quae quidem suppositio impossibilis est, tamen in re praesenti exponenda propter utilitatem. Tunc sic: in eo casu certe satisfactio illa sufficientissima esset ex rigore iustitiae commutativae ad delendam offensam, et debitum poenae ex offensa contractum: ergo similiter nunc quando satisfactio exhibetur a Xpto D. pro peccatis hominum. Consequentia probatur: quia quoad satisfactionem idem est in prudenti aestimatione morali quod satisfactio fiat ab ipsa persona quae offenderat, et quod fiat ab illo, qui penes istrumentum constituitur fideiussor, ut pro alio satisfaciat. Antecedens vero probare debet: nam in eo casu satisfactio esset valoris infiniti, maiorisque quam est gravitas offensae. Et tamen fuit ab illa eadem persona exhiberet, quae offensam irrogaverat.

Sec. 5.

Argumenta contra satisfactionem Xpti D. ex toto rigore iustitiae.

Duplicem partem continet nostra doctrina. 1a erat, Xptum D. satisfecisse ex rigore iustitiae. 2a vero ad quam iustitiae speciem ea satisfactio pertineat. Et nunc argumenta proponemus, quae in genere contra satisfactionem Xpti D. ex rigore iustitiae sunt. Siqua vero specialem iustitiae speciem in ea satisfactione impugnent, mox examinabimus. Argumenta igitur inde desumunt, quod videant non servari conditiones rigorosae iustitiae in satisfactione Xpti D. 1m igitur argumentum desumitur a 1a conditione.

iustitiae, cuius est esse ad alterum: sed satisfactio Xpti D. non est ad alterum: ergo satisfactio Xpti D. non est ex toto rigore iustitiae. Maior supponitur ex aliis in Ethicis. L. 1. et 2. et ratione naturali suaderi videtur: nemo enim sibi satisfacit, nemo sibi debet, sed alteri. Minor vero probatur: quia satisfactio Xpti D. est ad Deum, sed Xptus D. non se habet ad Deum tamquam ad alterum, cum ipse sit Deus, nec sit alter Deus. Ergo etc. Nec fiet satis, si dicat Xptum D. non satisfecisse suae Deitati, sed Patri et Spiritui Sancto: Non inquam, fiet satis, quia offensa Deo irrogata per peccatum non erat propria Patris aut Spiritus S. sed Dei, atque adeo toti Trinitati. Si ergo satisfactio est pro offensa toti Trinitati irrogata, satisfactio debet fieri toti Trinitati: ergo si non fiat toti Trinitati non fit satisfactio adaequata et condigna, siquidem persona manet, cui post offensam non fiat satisfactio.

Respondeo ante responsionem retorqueo imprimis argumentum: nam siqua requiritur diversitas personarum ad satisfaciendum ex toto rigore iustitiae, etiam illa requiritur ad qualemcumque satisfactionem, etiamsi non sit ex toto rigore iustitiae: quod enim satisfactio sit ad alterum non requiritur, quia satisfactio est ex toto rigore iustitiae, sed quia satisfactio est per se, neque potest quisquam sibi ipsi satisfacere. Sic etiam meritum est ad alterum et obedientia est ad alterum, et actus religionis ad alterum est: ergo siquid probat argumentum istud, probat etiam Xptum D. nulla ratione satisfecisse, nulla ratione meritum, aut obedientiam, aut actum religionis erga Deum exercuisse, quae omnia sunt contra Scripturam et Patres. Respondendum ergo est adhuc omnia non per se requiri distinctionem suppositorum. Sed sufficere distinctionem naturarum quae erat in Xpto D. nam posita distinctione naturarum, licet sint in uno, et eodem supposito, stat optime satisfactio unius ad alterum. Ponamus enim hypostatice unitas duas naturas

creati (humanam .s. et Angelicam cum omnimoda liber-
tate voluntatis posset quidem altera alteri iniuriam inferre
si contra iustitiam et alterius voluntatem operaretur: si ergo posset illi
iniuriam inferre posset illi etiam satisfacere. Aperitius
in rem illam Anselmus loquitur lib. 2. Cur Deus homo c. 19. agens
de honore, quem Xptus D. Deo reperavit, quando se
ipsum pro nobis obtulit: honor ille totius est Trinitatis: qu-
are quoniam idem ipse est Deus filius Dei, ad honorem su-
um se ipsum sibi, sicut Patri et Spiritui Sancto obtulit, idest,
humanitatem suam Divinitati suae, quae una trium per-
sonarum est.

Contra argumentum et instantia praecedentis est P. Beral.
qui aliter illud effrat. Iustitia, inquit, dicit eum ad alterum
iure et dominio; sed satisfactio Xpti D. ad Deum non
est ad alterum iure, et dominio: ergo satisfactio Xpti D.
ad Deum non est ex rigore iustitiae. Maior explatur probatur: nam
iustitia esse non potest, nisi inter duos, quorum non sit idem do-
minium in rem, sed quorum alter diversum ius, et domi-
nium habeat, a dominio et iure alterius. Et ratio est, quia
cum ex iustitia est in ordine ad transferendum dominium
ab uno in alterum: ergo supponit non esse idem dominium in utro-
que. Minor primi discursus aut suppositum, aut probatur: quia actio
quaelibet Xpti D. erat Dei ipsius, a quo essaliter depen-
debat: ergo essaliter erat sub ipsius dominio. Quare, inquit,
P. Bern. erat illa actio sub dominio D. magis quam
sub dominio Patris, bona filii non emancipati, nec
habentis bona castrensia vel quasi castrensia. Confirmatur:
quia Xptus D. inquantum homo, seu ex humanitate est
servus Dei: humanitas enim illius quod creatum erat, atque
adeo semper sub actuali servitute Dei: ergo opera huma-
nitatis oriebantur etiam cum ea conditione servituti. L. par-
tum. C. de rei vindicat. explorati iuris est partum an-
cillae matris sequi conditionem. Unde sic argumentum et confirmatio

Urget: quoniam enim ancillæ filius nascit servus, nec mater efficere pot, quin servus nascat, ideo non potest mancipium ab hero suo quidquam ex iustitia petere, quia ei servum pepererit: ergo similiter humanitas, quæ sub Dei servitute erat in Xpto D. nihil pot ex iustitia poscere propter opera, quæ illi nascebant sub actuali servitute.

Ad solut. suppono, non semper contractum ex iustitia esse ad transferendum mutuo dominium: satis enim est, quod sit ad satisfaciendum iuri alterius, aut ad acquirendum adversus illum ius aliquod: quod utrumque esse pot sine ulla translatione dominij. Constat hoc: quatuor enim consent species contractus innominati, scilicet do, ut des: facio ut facias: do, ut facias: facio, ut des. Itaque in contractu, do ut des: qui pertinet ad emptionem, et venditionem, datur translatio dominij, quando reipsa datur seu donatur res. at vero in contractu facio, ut facias, aut facio ut des, non datur translatio dominij in eo quod facio, licet iuri alterius ex iustitia satisfiat, et licet novum ius acquiratur adversus illum, ut det, aut faciat. Præterea quando acquiritur ius ad rem id fit sine translatione dominij: nam ius ad rem datur ante dominij translationem, imo est ius ut dominium transferatur. Hæc omnia constant ex principijs de iustitia, et iure, quæ non vacat exemplis confirmare. Vide P. Mol. to. 2. dp. 253. § contractus est. Ex his dico, iustitiam commutativam, et vindicativam exercitam in Xpti D. satisfactione pertinere ad contractum facio ut facias: quia videlicet Xpus D. satisfactionem illam fecit, ut Deus faceret remissionem peccati, et debiti ex illo contracti ab hominibus. et hoc formaliter spectat ad rationem satisfactionis: sicut quando quis alterum in honore læsit, illi quem postea se submittit, veniam que exposcit, aut etiam se mentitum profitetur, ut illi satisfaciat. Ubi iustitia quædam intercedit

n 1º dat translatio dominij; 2º ut mo fit satisfactio iuri alterius ad illam exigendam, et acquirit satisfacienti ius, ut ille alter offensionem, et quaestionem deponat. Pro solut. hoc videndus P. Suar. dp. 4. sec 6. § Vera q.

Hinc satis ad argutus, seu instam P. Bern. Ad ofrem Vº dicº ex P. Suar, et alijs, eo ipso qd humanitas lib. exercuerit actionem cum Deo satisfactoriam pro peccatis hom, in sua potestate, et dominio habuisse illam ponere, et n ponere sub dominio, et potestate Dei: nam dicitur ex supp. qd illam poneret semel; & abste qa. s. liberum illi erat ponere, l n ponere talem actum. Cuius positio si cum libertat. futura erat, n ita erat sub dominio, et potestate Dei, ut posset se solo, et s. libertate humanitatis contra facere, qd illa actio lib.a, aut satisfactio poneret. Ad 1um exemplum adductum ex bonis filij dum imprimis est cum P. Raynaudo ex dictis iam cum Tertulliano creatam rationalem in suis actibus liberis e. ra. Dei quasi filium emancipatum, qui per emancipationem sui iuris efficitur: licet. n. cum etiam rationales nunquam emergant e potestate Dei patria, aut dominativa, sui iuris efficiunt quando illis accedit plena libertas in actibus voatis. 2º etiam inculis actiones lib. sunt quodam mo bona quasi castrensia filij n emancipati, de quibus pro libertatis usu disponere filius pot propter i batem Patris. Ad 2um exemplum de ancilla sumptum dico etiam; eo ipso qd ancilla sui iuris sit in procuranda sobole, possit qui pro sua libertate eum fructum domino n afferre, hoc cum illo parciscit si dominus fructum exoptet, qui ex iustitia manebit obligatus ancillae, etiamsi fructus in servitute et sub servitutis conditione nascatur. Hoc quidem si iura magis attendant.

3) arguitur. Satisfactio, ut ex rigore iustitiæ sit, non debet fieri ex bonis ipsius creditoris; sed satisfactio Christi Domini fuit ex bonis Dei creditoris: ergo non fuit ex rigore iustitiæ. Maior supponitur. Minor probatur primo: quia satisfactio Christi Domini fuit ex gratia ipsius Dei per auxilia specialia humanitatem adiuvantis et moventis. 2º quia ipsemet humanitatis operationes et actiones erant alterius Dei: ergo bona illa erant Dei ipsius creditoris. Confirmatur: quia si Rex cum Duce pacisceretur se illi urbis gubernationem daturum, si ille urbem expugnaret, mox vero Duci concederet non modo milites totum que bellicum apparatum, verum etiam voluntatem ipsam admittendi expeditionem pugnandi urbem, profecto dux ille non acquireret ex iustitia ius adversus Regem, ut premium illud sibi conferret: nemo enim ex iustitia tenetur sua ipsius dona bona que omnio afficere. Atque eodem Deus hac ratione se habet: ergo cunctas actiones Christi Domini humanitatis: ergo etc. Videtur huic arguto Pater Albertinus dp. 12. sec. 6. ex Patre Suarez hic dp. 4. sec. 6. §. Verum deditio illa. Ex utrius que doctrina una solutio exurit, que conformis est modo dictis de libertate operum Christi Domini non obstante dominio Dei. Sistit ergo asserimus, si bona illa creditoris sub potestate libera debitoris constituantur, fiant que propria illius, posse debitorem illis uti ad satisfaciendum ipsi creditori. Probatur ideo quia per bona creditoris dicitur non posse illis satisfieri, scilicet quia non potest per bona que solius sint creditoris. Si vero debitoris bona fiant, quia libera illi eorum usus, et actio ipsa est per illam satisfieri potest creditori. Hinc ad argutum, et confirmationem.

4) arguitur. Satisfactio ex iustitia fieri debet ex bonis creditori non debitis. Sed satisfactio Christi Domini fuit ex bonis Deo creditori debitis: ergo non fuit satisfactio ex iustitia. Maior constat, et minor probatur: quia omnia humanitatis Christi Domini opera erant Deo debita, vel ex dominio, vel ex

gratitudine. Ad hoc argumentum constat ex alibi dictis debitum satisfactionem Xpti D. fuisse ex aliis indebitam. Ad id ex dominio dices, neque purum creatum ex dominio praecise debere Deo in actu 1.o nisi id quod ipse praecepit. Debitum quod ex dominio ortum, aut in illo fundatum aliud est in actu 1.o aliud quae in actu 2.o. In actu 1.o omnia debent; in actu 2.o non nisi, quae a Domino imperant. Quibus addendum modo est ex P.e Raynau. Lib. 3. sect. 1. c. 2. n. 34. id, quod ex Anselmo adducit lib. 2. Cur Deus homo c. 19. Dominus Deus sic accepit à Dea natura, quae alia est ab humana eius suum quod habebat, ut nihil deberet dare nisi quod volebat. Ad 2um ex debito gratitudinis Xpti D. diximus s. q. 3. sec. 6. cuius maximam partem nobis consentit Raynau. modo relatus. Ubi vel nullam agnoscit obligationem titulo gratitudinis in Xpto D. vel si eam cognoscit, inquit, nandum est Xptum titulo gratitudinis fuisse adstrictum ad hanc obligationem satisfactionis pro homine: poterat enim titulo gratitudinis satisfacere aliis actionibus, tamets extra expansionem, quam gratitudinis ratio non postulat. Adiungo P.em Suar. disp. 4. sec. 6. quod ad aliam hi verbis in Xpto D. tam actum quam ... Deum ad illum nativus erat suo modo connaturalis ratione personae, cuius non fit proprie beneficium sui gratia; sed solum humanitatis.

Sec. 6.

Alia quaedam argumenta solvunt.

Quintum argumentum. Ut satisfactio fiat ex iustitia debet fieri ab illo ipso, qui damnum intulit, sed ut honorem; sed satisfactio Xpti D. facta non fuit ab illo ipso qui sicut honorem damnum ut intulit: ergo non fuit ex iustitia. Maior supponit quod in ipso offenso est ius personale adversus offensorem: ergo iuri huic non fiet satis ex iustitia, si satisfactio ab alio

pro illo fiat. Min. ptat: nam Xpus D. neque peccavit, neque peccare potuit. inde in persona ipsius dictum est: quae non rapui tunc exsolvebam. Confirmat: quia ut satisfactio sit ex toto rigore Iustitiae debet excludere omnem gratiam creditoris; sed satisfactio Xpti D. non excludit imo supponit gratiam creditoris acceptantis satisfactionem ipsius pro peccatis aliorum: Ergo etc. Confirmat 2°: quia si esset satisfactio ex toto rigore iustitiae non esset ulterius necessaria nostra qualiscumque operatio et satisfactio ad remissionem peccati, sed necessaria est licet iam praemissa sit satisfactio Xpti D. ergo illa non fuit ex toto rigore iustitiae. Min. ex fide ptat. Et maior probatur: quia si satisfactio fiat alicui ex toto rigore iustitiae ea extinguit in offenso ius de ad ulteriorem satisfactionem exigendam: si non adhuc in illo ius remaneret ad exigendam aliquam satisfactionem, signum evidens est, illi ex rigore iustitiae non fuisse plene satisfactum. P. Albert. propter hoc argumentum docet satisfactionem Xpti D. defecisse a rigore iustitiae. Ita tom. 1. Corola. 17. theologico ex 1° prio physico. P. vero Suar. dp. 4. sec. 6. paulo sub initium ubi conditiones ad iustitiam requisitas enumerat, ac ita loquens asserit, id communiter intelligendum de vindicativa iustitia, non de commutativa. addit quae: licet regulariter hoc verum sit, tamen potestas publica servata iustitiae aequitate potest ita poenam imponere, ut per alium sustineri seu satisfieri possit.

Quidquid sit de hoc sit, certe dicimus cum eodem P. Suar. aliisque multis est sufficere ad iustitiam commutativam et vindicativam quod satisfactio fiat per alium a transgressore et offendente physice distinctum, dum modo moraliter idem sit cum illo; quod fieri potest si ex pacto et conventione ille alius in se causam alterius suscipiat, et de hoc cum offenso conveniat. quod quidem in Xpto D. factum non dubitamus.

nam ipse num̃ oium cam̃ in se suscepit, et à Deo admis
sg ē ut fideiussor, qui pro nobis debitum solveret, jus
tiæ que satisfaceret. Inde ad argutum̃ distinguenda est
maior: debet satisfactio fieri ab illo ipso physice, nõ. Ab
illo ipso moraliter, concedo. Seu aliter: debet fieri ab illo
ipso, vel ab alio nõe ipsius operante, concedo: ab ipso per
se, et detraẽ, nõ. Ad confirmationem 1am distinguo etiam ma:
ctẽ excludere oem gram creditoris condonandi partẽ
debiti, aut solutionis, concedo: oem gram creditoris
admittendi alium in fideiussorem, nõ. Ita que ut
iam diximus, licet sit grã et favor admittere pro
debitore alium in fideiussorem, favor iste nõ è premi
um alicuius condonationis debiti ex iustitiâ. Sed præmi-
um cuius dam transactionis, seu translationis ipsius de-
biti ab una persona in aliam ab illa .s. que solven
do nõ erat, ad illam que integram et superabundan
tem solutionem poterat et volebat exhibere. Ad
2am confirmationem et illius difficultati satisfactum pleniss. est supra
alijs à Pe Gayn. lib. 9. sec. 1. c. 2. n. 78. ex SS.
Patribus. Sensus doctri. et solutionis est: ex ipsa fide-
iussoris nãi voatẽ satisfactum est redemptionis pretium
nõ nisi volentibus, et cooperantibus nobis pro debito. Non quia
req. nãa cooperatio, ut pars satisfactionis debite. Sed
acceptatio et usus pretij nãe redemptionis: nam, ut
ait Cyrillus Alexand. lib. 3. de adorat. sub finem:
nõ aliter comparandi sunt mortales cum Xpti satis
factione, et exhibito pro eis per Xptum pretio quam
captivi, qq. redimendis transmissum sit pretium exuberans.
qd tamen ab eis acceptandum et domino, à quo
captivi tenent, annumerandum sit.

Sextum argutum quod Patri Bern. nõe alterã
principalis dã nõ iam per defectum à iustiæ requisitis

quod per excessum procedit, ob valorem s. operum Xpti D. si ex parte infinitissimum, et proinde à Divinis offensis, quantumvis actu, et simpliciter infinitis nullatenus adequabilem, aut cum ipsis comparabilem. Arguit 3. Si Xpti D. satisfactio pertinuisset ad propriam iustitiam, maxime ad commutativam, sed ad commutativam non pertinet: ergo etc. Probat minorem quia obiectum proprium, et unicum iustitiae commutativae est equalitas arithmetica (saltem moraliter consideranda) inter datum et acceptum, ablatum et restitutum, iniuriam et satisfactionem, sed Xptus D. Deo satisfaciens non habuit eiusmodi obiectum: ergo. Hanc minorem probat: quia satisfactio Xpti D. fuit infinities maior, vel potius fuit incomparabilis cum offensis, pro quibus satisfecit: ergo non habuit cum illis arithmeticam proportionem aut equalitatem, quam Xptus D. respicere posset. Confirmat et explicat: debeat Petrus Joanni 500. aureos, nec aliter solvendo sit, quam dando illi adamantem mille aureis estimatum. Excessus ille, inquit, non obstat: nam in illa traditione adamantis invenitur reperitur solutio iustitiae commutativae quia adamas ille determinate valorem habet mille aureorum, et consequenter eius valor dividi potest in duas medietates, unam quingentorum aureorum, quae sit iusta solutio debiti, alteram aliorum 500. quorum excessus ultra condignum liberaliter donet: hoc autem locum non habet in satisfactione Xpti D. quae non patitur eiusmodi divisionem non solum realiter, sed nec virtualiter, aut ratione: quia quidquid in illa propria Xpti D. potest considerari, infinitum est, nec potest ulla ratione ut equale debito finito assumi.

Miror, quantum huic rei fidat ingeniosus author. cum tamen tota illius vis parum firmo fundato nitatur, et in quo multum quid de nomine admixtum sit. totum illius fundatumque,

q. iustitia commutativa petat æqualitatem fere arithmeticam inter datum et acceptum inter ablatum et restitutum inter satisfactionem et offensam. Verum si dicamus eam æqualitatem ita requiri, ut non excludat excessum in solut. facienda, tota moles argumenti ruet. Ita quia obiectum iustitiæ commutativæ in satisfact. facienda damni illati est ad resarciendum damnum illatum, seu soluendum debitum contractum: ad hoc autem debitum soluendum, resarciendumque damnum saltem æqualitas illa requiritur; si n. solutio minor sit quam debitum, aliquid erit remittendum ex debito, nec erit plene satisfactum ex iustitia. Si autem excessus aliquis sit in solut. plene satisfactum erit. Licet non debeat de quantit. detrahi excessus, dum modo de excessu debeat. Imo licet res sint incomparabiles dummodo solutio fiat per excessum erit satisfactum ex iustitia commutativa. Ergo debeat quis alteri pecuniam ad centum aureos, paciscat que cum illo, quod si quid eximium pro illo egerit, fiat remissio debiti, ponamusque debitorem in alterius obsequium aut liberationem illius suam vitam profundere. Certe debito ex iustitia satisfactum erit debito, licet solutio fiat per vitæ suæ profusionem, quæ per excessum non est comparabilis cum illius pecuniæ debito. Unde ad argumentum omissa maiori nanda est minor. Ad probationem 1æ nandæ maior: nam obiectum iustitiæ in satisfact. exigenda est resarcire damnum illatum quam commodius possit: æqualitas est illa solutionis et debiti non est obiectum ipsum formale seu finis iustitiæ sed medium ad obtinendum suum obiectum, et finem. Ita de recti 2o probandum maiorem: obiectum iustitiæ commutativæ est formaliter tenerati illa æqualitas non tamen est illa æqualitas, saltem eminenter, concedo.

Septimum argumentum: actus quo Christus D. vel

let pro nobis satisfacere, n. est actus iustitiæ. Sed misericordiæ, vel alterius virtutis: ergo Christus pro nobis n. satisfecit ex ulla specie virtutis iustitiæ. Probatur antecedens: quia iustitia n. me movet ad solvendum alienum debitum, sed ad solvendum proprium, potius quæ id spectat ad misericordiam, cuius obiectum est miseriam alterius sublevare. Et confirmatur a paritate aliarum virtutum quarum obiecta sunt actus proprii subiecti: si autem circa obiectum alienum versentur, actus alterius virtutis erunt. Verbi gratia n. virtus pœnitentiæ est de peccato proprio commisso: nec enim pœnitere aliquem potest peccati alieni, licet illud in alio etiam possit sibi displicere. Similiter de temperantia et abstinentia dicendum, quæ quidem me movent ad cohibendos proprios motus, n. alienos. Alioquin Christus ipse temperans esset et abstinens, quia ex innata sanctitate vult in nobis actus omnium virtutum. Hac ratione utitur Card. de Lugo disp. 3. sec. 9. n. 134. Sed ad illam nostri respondent. Ad probationem distinguo: Iustitia n. me movet ad solvendum alienum debitum quando illud fecit moraliter proprium ex misericordia, nego: quando illud n. fecit ulla ratione proprium, concedo. Itaque actus misericordiæ et n. iustitiæ fuit in Christo Domino acceptare munus redemptoris et fideiussoris, in qua acceptatione ex alieno debito suum fecit. At vero post illam acceptationem est actus n. solius misericordiæ, sed proprie iustitiæ satisfacere Deo. Ad confirmationem, etiamsi virtutes aliquas id habere specialiter casu quo petant suum obiectum in subiecto proprio, de quo singillatim tractare n. huius loci est: ad iustitiam vero, tanquam certo dicendum supponimus sufficere quod suum obiectum sit moraliter proprium, ut est proprium fideiussoris debitum alienum, ad quod solvendum ex iustitia tenetur post admissum fideiussoris munus.

Hic solent nonnulli RR. adhuc stendere maxime ex illis, qui nant satisfactionem Xpri D. fuisse ex proia et rigorosa iustitia: an videlicet satisfactio Xpri D. fuerit ex spali alia virtute. Pr. Vazq. dp. 8. n. 46. et 47. pronunciat non fuisse in Xpto D. virtutem aliqm spalem, ex qua satisfactionem Deo exhibuerit: sicut. n. homo iustus operibus variarum virtutum Deo satisfacit pro se gram quae promeruit et auget. Sic et Xptus D. pro nobis per actus variarum virtutum Deo satisfecit. Pr. Suar. dp. 4. sec. 5. docet fuisse in Xpto D. spalem aliqm virtutem ex qua satisfactionem exhibuerit, cuius frale obiectum sit satisfacere Deo, seu resarcire iniuriam illi illatam, afferre quae veram honoris illius reparationem. Hanc virtutem Pr ipse Suar. sec. 4. q. 2o modo cum aliis RRbus dicit fuisse illam quae in nobis penitentia dr, qmvis in Xpto D. spalem virtutem, et ad rationem proie iustitiae pertinentem, cuius obiectum sit equalem et condignam satisfactionem Deo offerre pro peccatis; quia tn solus Xptus D. potuit illam offerre condignam et equalem, eam virtutem soli Xpto D. concedunt. Pr Bern. dp. 8. sec. 3. ex parte consentit huic dicendi modo. Differt tn 1o in eo qd virtutem illam non dicit pertinere fralit ad rationem proie iustitiae. 2o in eo qd virtutem illam tn soli Xpto D. concedat effacem in ordine ad effectum solutionis, in nobis tn qui non possumus illam satisfactionem ponere, ineffacem dicit, et non potentem elicere actus complacentiae et gaudium de satisfactione illa, et solutione iam exhibita.

Q. 6.

Quid sibi, quid nobis Xptus D. meruerit, aut mereri potuerit?

Sec. 1.

Faciliora quædam præmittimus de merito Xpti Dom.

Satisfactioni Xpti D. meritum adiungimus, quæ quidem, et à multis ex parte confundantur quasi non alia ratione Xpus D. pro nobis satisfecerit, quàm per modum meriti, merendo s. nobis, tanquam præmium suorum operum remissionem peccatorum, et dona gratiæ; distat tamen, ut videre licet ex dictis, et quod diversum Xpti D. meritum et satisfactionem. Et imprimis quid sit de aliis gratiæ donis, de quo postea dicetur, certum nunc videtur iam dici ex duabus præcedentibus quæstionibus Xptum D. nobis remissionem peccati non tàm per modum meriti puri, quàm per modum condignæ satisfactionis procurasse. Nam cum condigna satisfactio sit ad extinguendum in offenso ius ad aversionem conservandum dum modo non offerat satisfactio condigna, eo ipso et præcisè quod illam Xptus D. pro nobis obtulerit remissionem peccati per condignam satisfactionem nobis procuravit, extinguendo in Deo offenso ius ad aversionem in peccatores conservandam. Igitur in præsenti quæstione non iam de satisfact. Xpti D. sed de ipsius merito loquamur, et inquirimus quid sibi meruerit, et quæ nobis. Constat autem etiam ex dictis ad meritum in actu 2º requiri antecedentem promissionem qua meritis præmium aliquod assignetur: si n. ea promissio non præcedat manebit meritum et condignitas illius solum in actu 1º. Supponimus secundo tanquam fide certum, meritum aliquod in Xpto D. non solum nostri sed etiam sui ipsius, dicente ipso Xpto D. Nonne oportuit Xptum pati et ita intrare in gloriam suam, cui consonat Paulus ad Hebr. Videmus Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Et iterum ad Philipp. factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod et D. exsaltavit illum etc.

Et rõ est à priori: q.a in talibg Xpi D. operibg Ↄcurrebant requisita oia ad merity. s. honestas, libertas, s'nalitas, etc. Et quidem de libertate cg honestate operis supponimg multa Xpi D. opera honesta, et sub pcepto cum oimoda libertate: qm à libertatem habuerint, ea que sub pcepto erant, diximg infra, cum de impeccabilitate Xpi D. et libertate illig loquamur. De s'nalitate nemo est q dubitet habuisse videlicet actg Xpi D. s'nalitatem requisitam ad meritum, sive ea s'nalitas requirat hitum infusum, sive cg aux. Dei extrõ fieri possit, sive ea sit s'nalitas intrã actg, sive sit illi extra derivata ab actu imperanti s'nali: nam de his oibg ea dicenda sunt que coia sunt ceteris iustis bene operantibg. Hic tn rogas: an ñ so per actg aliqua harum roc s'nali, s etiam per actg oio nali, honestos tn et liberos meruerit Xpg D. pmium s'nale. Nant coit DD. Affrant tn Pr Bern. dp. 55. sec. 2. n. 38. cg P. Suar. dp. 39. sec. 2. §. dico denique. Et Card. de Lug. dp. 27. sec. 1. ad calcem. Rõ ipsig ē: q.a 1o purg ho ñ mereat per actg entitative nali, ñ ē q.a per ipsos mereri repugnet. s q.a ñ Dg illos ordinarit ad pmium s'nale. cg g.r illi actg possint per grãm Ↄdignificari ad pmium s'nale, voate Dei accedente, ñ ē cur id denegemg actibg nalibg Xpi D. 2o q.a in morali estimate tantg superat nalis oratio Xpi D. s'nalem orationem puri hois iusti, quantg ipse Xpg D. purum hoim iustum superat.

Rõ P. Suar. ē: q.a oes illi actg referebant in finem s'nalem. Pat: q.a sicut ñ referrent, sola dignitas suppositi sufficiens esset, ut haberent oem proportionem et valorem ad meritum. Confirat: q.a sicut Xpi D. humanitas me-

alia unione hypostatica deificat et sanctificat, ut hoc
illis debeant illa alia dona, tanquam naturali proprietati:
ita omnes actus boni illius humanitatis uniti, etiamsi ex ly
se essent ordinis naturalis, tamen hoc unionis erant Deo gra-
tissimi, et digni quocumque praemio supernaturali. Et probatur:
quia dignitas illius personae magis ad hanc dignitatem con-
fert, quam quaevis alia conditio actus, et quam relatio ope-
rantis ad extrinsecum finem supernaturalem. Supponit haec difficultas
in Christo D. actus honestos ordinis naturalis. Quod forte nimium
merito dubitari posset. Primo quia si quando contingit purum ho-
minem iustum operari actum honestum naturalem, ideo erit quia non
cum plena advertentia ad motivum supernaturale, seu ad ob-
iectum formale supernaturale specificativum actus: atqui Christus D.
semper erat in actuali advertentia ad motivum supernaturale
specificativum actus, tanquam obiectum formale specificativum illius:
ergo semper operabatur actum supernaturalem, quoties honeste ope-
rabatur. Ita qui hic mihi non placet P. Ripalda de
Ente supernaturali disp. 20. qui docet iustum numquam ope-
rari actum honestum praecise naturalem, sed vel operari ac-
tum supernaturalem, vel utrumque simul. Hoc certe non placet. Sed po-
tius asserere, quandoque fieri ab homine iusto actum super-
naturalem, quandoque naturalem honestum, pro diversitate
scilicet motivi formalis. Ita P. Obi. 1.2. de auxiliis tract.
7. contr. 3. pun. 1. § 5. et iterum de merito tract.
9. contr. 3. punct. 1.

Praeterea quaestio de hoc sit, specialis aliquid de Chri-
sto se se offert, ut iure dubitemus: an fuerint in illo actus vir-
tutum entitative, et praecise naturales: nam, ut aliquando ex Dio-
nysio retulimus, cum de cognoscibilitate et supernaturalitate myste-
rii loquerentur, Christus D. quaedam hominis erat, et quaedam deerat
nas supra naturam operabatur: ergo actus illi virtutum qui in no-
bis naturales sunt, erant in Christo D. supernaturales. Confirmatur, Primo Apostolus

excellentiam illius pers. 2º quia cum semper habuerit pria
oia parata ad actus supnales operabatur quam perfectissime po-
terat. Si ergo poterat operari actus supernales in oi genere
Virtutis, quarum capax erat persona ipsius, quare tra-
tibus sto modo nalibus se exercere deberet? Si tamen admit
tamus in Xpto Dno actus nales aliquarum Virtutum, censeo
dicendum cum Coiori Sa non illis correspondere premium supnale
nisi saltem ab actu supnali imperent, et in finem supnalem
dirigant. Ro est: nam actus nalis non habet ex se pro-
portionem requisitam ad pmium supnale, etiam de condigno
merendum; quod saltem requiritur Vt a dignitate personae de-
veniat actus honesti ad meritum de condigno. Hinc ad rones
Pris Bern. resp. Et ad 1am concedo, requiri ad pmi-
um supnale, etiam de condigno merendum, maiorem proportionem
quam quae datur in actibus entitative nalibus. Ad 2am di-
co, non tantum superare orationem nalem Xpi Dni super-
nalem orationem puri hominis iusti, quantum superat Xpus
Dns entitatem puri hois iusti; quia Xpus Dns Vt potest in
cludens personam Dni Verbi, infinite superat entita-
tem puri hois iusti. Secus vero oratio illius nalis.

Ad rones Pris Suar. Illat etiam ex dic
tis: et imprimis si actus illi nales referant in fi-
nem supnalem, quod fit ex imperio actus supnalis, fateor,
tunc illis correspondere pmium supnale. Sicut ergo actui
externo elemosynae imperato per actum internum supnalem,
correspondet supernale pmium, iuxta illud Xpi Dni Venite benedicti
Pris mei possidete paratum vobis regnum; esurivi enim et
dedistis mihi manducare. Et sub hoc imperio actus su-
nalis habent iam actus nales supranalitatem sufficientem
ad meritum praemij supnalis. Ad 2am et quomodo actui ex
terno, et actui imperato nali correspondeat sum pmium
supernale, non est huius loci: spectat enim ad materiam de meri-

10. Ad 2um nō actg paise, et entitative nalei, sive ex so-
la dignitate suppositi proportionem requisitam ad
pmiu snale. Et explico in hoc initio, in quo lt dēt
qm maxima gra polii; adhuc hęc n sufficit ad elevan
dos actg entitative nalei ad pmiu supnale, nisi ac
cedat aliunde snalitas saltem in actu imperante: nam
ut dibat ex Ptbus a Pelagianos et Semipelagia-
nos nullam hent proportionem nequidem inchoatam ad
pmiu snale actg solig nae: dent 3o fieri, et ee actg
ex gra seu ex grae motive facti, et n ex sola naa aut
ex solig nae viribus, et motivo: actg 3o ordinis nali
in Xpro D. erat quidem Deo gratissimg: sed intra
ordinem nalem; erat etiam digng pmio snali: ut hac
deo debita proportio int pmiu, et meritu observet.
Rogar iteru: quare Xpus D. mereri potu-
erit, cu n esset viator; sed Comprehensor: meritu a nō
Comprehensoris; sed viatoris, et tendentis in Patriam, ut
pat: ideo. n. beati n merent in Patria, lt actg liberos
eliciant, et honestissimos; qa iam n sunt in via; sed inter-
at Xpus D. ab instanti incarnatis semper erat in teo vi-
dendi Deum: Rdetur: Deo, meritu assignari actibus bonis
snatibus, et liberis pro statu viae; n quidem ab intro,
sed ab extro Dei pacto, et Lege, per quam statuit pre-
miu operantibus per tale, vel tale tempus, et n amplius: po-
tuit 3o ipsis Beatoru, et Cęlicolaru actibus assignare pre-
miu dignu bonis eoru operibus liberis, quos in eo etiam sta-
tu elicerent. noluit tamen. Statu illis ante sui visionem
definire. Secus a de Xpro D. cui ppt hanc coim mi-
meriti conditionem n erat deneganda visio beata, quae illi
ab instanti Incarnatis cnaliter debebat. Rogar tandem:
an, et quare Xpus D. meruerit per actus dilectis Dei,
ad quem n erat liber, stante vis. beata? Deo cu commu

sit ex vi. beata oni in Xpro D. actus amoris Dei naturalis, in quo nihil erat meriti: alius ex alia cogni Dei infusa, et naturali oni alius Dei amore liber, in quo erat ratio meriti cum illius libertate. Ita quoque alii. Vide Suar. disp. 39. sec. 2. § dico 3.

Sect. 2.

An Xptus D. potuerit sibi mereri Vnionem hypostaticam?

Praemissimus sec. praecedenti tanquam fide certum meritum aliquod Xpti D. diximus etiam per quos actus mereri potuerit. Sequitur a modo ut dicamus quid sibi meruerit, quidve mereri potuerit? Ac certum inprimis est Xptum D. sibi meruisse gloriam corporis suam quae ipsius resurrectionem, exaltationem et nominis gloriam. Id probant ea testimonia quae supra retulimus ex Paulo ad Hebr. et ad Philipp. Id etiam ex illo Luc. 24: nonne haec oportuit pati Xptum et ita intrare in gloriam suam. Quasi potuerit ipse Xptus per merita adipisci id, quod aliàs quasi naturaliter debebat. Praecipua quaestio hic, et implexa difficultas est: an Xptus D. aut illius humanitas meruerit sibi, aut mereri potuerit Vnionem hypostaticam, seu incarnationem ipsius D. Verbi, et assumptionem naturae humanae in unitatem suppositi cum Verbo D. Haec autem difficultas potest de triplici tempore intelligi, et inde potest triplex difficultas excitari. 1a de tempore ante incarnationem: an scilicet humanitas ipsa, vel homo ante incarnationem factam potuerit illam sibi mereri. 2a de tempore ipso, seu instanti incarnationis: an scilicet cum aliqua prioritate naturae potuerit in ipso incarnationis instanti mereri incarnationem ipsam, quae tunc fiebat. 3a: an tandem potuerit incarnationem mereri tempore sequenti ad ipsam incarnationem. Videlicet: an propter merita futura post incarnationem factam potuerit fieri mysterium incarnationis, quasi anticipata solutione

meritorum, quæ futura erant.

Vt à certa à dubijs secernamus, contra 1.º diff. præmittimus m.º, humanitatem Christi D. non prius tempore extitisse in rerum natura, quam fuerit Vnita Verbo: hoc certum de fide est contra Hæreticos illos, qui dixerunt Christum D. fuisse prius purum hominem, et deinde meruisse suam Vnionem ad Deum, qui quidem supponebant, l animam Christi D. extitisse ante incarnationem, vt Origenes, l, vt Fotinus, et Nestorius, etiam hunc hominem prius extitisse, et mox per merita profecisse in Deum. Vnde blasphema illa hæretici vox: non inuideo Christo pro Deo facto, quando si volo, et ego, et ipse possum fieri. De quo Daniel Hugo. lib. 18. moral. c. 35. et de hoc iterum infra. Hinc restat difficultatem hanc de meritis antibus tempore Incarnationis non esse de facto. et de possibili: an humanitas ipsa, l homo possit sibi ipsi mereri Vnionem hypostaticam ad Deum per merita realiter antiquam ipsam Vnionem hypostaticam, et à puro homine exhibita. Communis Doctorum sententia est, id esse prius impossibile. Quod ex P.e Suar. disp. 10. sect. 3. desumitur: quia nulla persona Angelica, vel humana potest sibi mereri totam suam prædestinationem ad gloriam: ergo multo minus potuit hæc anima mereri Vnionem hanc sui ad Verbum D. Patet consequentia: quia ex parte tamen est multo maior repugnantia: tamen enim est multo perfectior, et altior, ex parte vero ipsius prædestinationis est eadem ratio. A priori probatur: quia nullum meritum puri hominis, etiam ex gratia, habet proportionem requisitam, vt per modum præmij conferatur illi Vnio hypostatica, per quam constituatur homo Deus: nulla enim operatio puri hominis tanti est, aut esse potest apud Deum æquissimum bonorum æstimatorem, vt propter illam possit homo fieri vere, et realiter Deus per Vnionem realem humanitatis cum ipso Deo. Hæc omnia roborant ex Scriptura sacra quæ passim tribuit immensæ Dei misericordiæ, et benignitati mysterium Incarnationis. Accedit

Aug.º qui suppeditat, unionem hypostaticam in Xpto D.
ea ad instar primae gratiae in nobis: sed sicut in nobis im-
posibile est praecedere meritum ad primam gratiam, ita et in Xpto
D. imposibile est praecedere meritum ad unionem hypostaticam.

Haec non satis probant, non potuisse a divina nat. prae-
cedere meritum [illegible] condigni pro pura humanitate seu in pu-
ro hoie. An vero idem dicendum de merito de congruo non ita ab
oibus explicatur. P. Bern. disp. 15. sec. 1. § 1. et P. Co-
nink disp. 7. dub. 3. sec. 2. n. 34. partem affirmantem
concedunt. Mihi tamen non satis id placet: fateor n. et in prae-
senti omitto potuisse humanitatem prius tempore existere
se cum eximia sanctitate, imo cum infinita, aut tota
etiam posse puram creaturam, eliceremque ex gratia illa actu infinite
perfectos, quod utrumque reddit de facto Deiparam, praeceptor meus P. Joannes de Cardenas in sua illa dis-
putatione de infinita gratia Mariae; adhuc tamen [illegible]
ita superari ab unione hypostatica, et illius perfe-
ctione omnem aliam sanctitatem creatam, ut nec etiam con-
gruo censeam concedendum meritum purae creaturae ad unionem
hypostaticam tendam. Confirmo adhuc: quia ut modo dice-
bamus ex Aug. Unio hypostatica in Xpto D. com-
paratur primae gratiae in nobis; sed prima gratia in nobis non cadit
sub meritum etiam de congruo, ut constat contra semipelagianos
ne concedamus actibus purae naturae meritum de congruo ad primam gratiam:
ergo nec unio hypostatica sub meritum de congruo cadit. Vide
Raynaud. lib. 3. sec. 2. c. 1. n. 169. et 110. ubi [illegible]
[illegible] proxime factam hoi meritum de congruo naturae puro
hoi ad unionem hypostaticam. Alia quae ibi adducit [illegible]
militant contra meritum congruum unionis hypostaticae habitum in
eodem instanti reali cum unione et sola prioritate naturae
prius illa. Quod spectat ad 2am difficultatem, de qua iam sermo
nobis erit.

2ª q. diffic. an humanitas Xpti D. eo tempᵉ quo unione hypostaticâ, et in ipso incarnationis instanti potuerit illam mereri aliqua nãe prioritate. Et licet aliqui hic distinguant inter humanitatem et Xptum D. continet tn. distinguendo pro neutra ea roe, quo que hoc questionem instituit de humanitate ipso. [illegible] de Xpto D. [illegible] mihi est: qª ad unionem hypostaticam non pot. Xptum D. intelligi prior prioritate nãe, nam Xptum D. ut talis includit formalit. unionem hypostaticam: ergo non pot. eē aut intelligi prior illâ prioritate nãe ad hendum meritum aliqd. pro illâ prioritate: [illegible] licet humanitas ipsa possit prior eē prioritate nãe [illegible] unionis, non pot. Xptum D. eē prior [illegible] unionis eâ nãe prioritate. In hac q. diffe. duplex involvit. alia quasi defacto, alia magis de possi. Quae aliqd. de facto involvit e. an humanitas Xpti D. qua roe peractum e. de facto hoc mysterium, potuerit in priori nãe ad unionem hypostaticam illam [illegible] mereri. Quae magis de possi e. an potuerit mysterium illud peragi ita ut humanitas ipsa in ipso instanti reali quo uniebat Verbo, potuerit pro mereri pro priori nãe unionem sui ad Verbum. Pro parte nativa stat apert. S. Aug. trac. 82. in Joan. et lib. 2. de peccatorum meritis c. 17. et alibi ap. Rayn. lib. 3. sec. 2. c. 1. n. 161. [illegible] S. Thas hic q. 2. ar. 11. passim qui D.D. Thisti et noi [illegible]. Int. quos Raynau. ibi etiam de possi nãt humanitati Xpti D. meritum, etiam de congruo unionis hypostatice quacumque nãe prioritate. Accedit Bern. dp. 1. sec. 1. q. 2. [illegible] amico defacto nãt. de possi tamen affirmat potuisse videlicet Xpti D. humanitatem per opera unioni concomitantia unionem ipsam sibi de congruo

promereri aliqua prioritate nāe. Ita dp. 26. sec. 7. n. 110. Pr. Hurtado affirat de poli dp. 27. §. 2. accedit Conink dp. 9. dub. 3. sec. 2. n. 49. Pr. Suarez distinguit duo decreta in Deo circa Incarnatio aliud per modum intentionis, aliud per modum executionis. De 1° negat potuisse humanitatem per merita sola nāe prioritate antia unionem illam promereri. de 2° affirmat. Ita dp. 10. sec. 3. et 4. §. Hic sā.

3a difficultas erat: an propter merita futura fuerit collata, aut potuerit conferri Christo D. Vnio hypostatica quasi anticipata solutio, taliter Vt merita hec tempore subsequentia ad Vnionem, potuerint in præsentia Dei habere aliquam prioritatem, ratione cuius dicerentur causa meritoria ad conferendam Vnionem quod reipsa collata est. Pr. Suarez contra illā Decretorum distinctionem, duo que docet. 1um non potuisse Christum promereri Decretum Incarnationis per modum intentionis seu prædestinationis Incarnationis per merita illa tempore futura, et posteriora. Ita sec. 4. §. de ag. 2m. docet potuisse reipsa exequi, et fieri mysterium Incarnationis propter merita futura ipsius Christi D. Iam prædestinati, et præintenti. Hoc Vt probabile defendit §. Hic sā. Sensus est, quod D. 1° et ante omnia Christi merita prævisa efficaciter intenderit Christum, cumque ex Vitali decreti Christus iam esset in intentione futurus, Deus in posteriori signo prævideret eiusdem bona opera, et propter hec bona Christi D. opera decreverit exequi Incarnationem. Quam hunc dicendi modum stat Pr. Vaz. dp. 21. c. 9. Card. de Lug. alijque contra P. Bern. dp. 17. sec. 1. §. 3. qui asserunt Christum D. nec actu meruisse, nec diuinitus mereri potuisse per opera futura, et in intentione prævisa Incarnationis executionem. Pr. Aldrete ordinem illum decretorum Dei per modum intentionis et

executionis defendat disp. 26. sec. 9. adhuc in pro ac present. asserit, non potuisse Christum Dominum etiam diuinius mereri Unionem suae humanitatis ad Verbum per merita futura, et solo in intent. praevisa. Ita disp. 27. sec. 9.

Hae sunt praecipua difficultates, et varia capita in rebus, quae maxime ex parte versantur circa meritum Christi praevisum ad substantiam Incarnationis. Aliqua tamen sunt, quae spectare videntur ad circumstantias. Videbitur aliquibus potuisse Christum Dominum aut suam ipsius humanitatem mereri sibi circumstantias Incarnationis v.g. loci, temporis etc. licet non potuerit sibi mereri substantiam ipsam Incarnationis. Qua ratione recedit aliquibus Patribus antiquis potuisse mereri saltem de congruo aliquas Incarnationis circumstantias, licet mysterium ipsius quoad substantiam mereri non potuerint. Huc spectat id quod ab aliquibus Neotericis docetur ap. P. Aldre. disp. 21. quibus ipse assentitur sec. 4. s. potuisse Christum Dominum praesuppositum quoad substantiam per hanc vel illam Unionem hypostaticam mereri hanc determinatam Unionem humanitatis ad Verbum, aut excessum aliquem huius Unionis prae alia. Et quidem excessus Unionis unius prae alia, et quod sit haec determinata Unio potius quam alia circumstantia est mysterii. De aliis Incarnationis circumstantiis s. loci, temporis generis etc. non ita communiter agit, dum de merito ipsius Christi Domini loquuntur Auctores. P. tamen Suar. qui omnia vidit, et videnda reliquit disp. 10. sec. 4. §. Sequitur autem hanc attigit, dicit quae ibi est communi, et probabiliori sententia idem esse dicendum de circumstantiis atque de substantia incarnationis. s. de facto non illas meruisse, potuisse tamen ea ratione, qua dicimus potuisse mereri substantiam Incarnationis, non quidem quoad primam praedestinationem, sed solo quoad executionem. P. Rayn. qui hanc etiam

circumstantiarum difficultatem attigit, meritum de potentia illis denegat Suarez to. 1. lib. 3. sec. 2. c. 2. n. 191. An vero, et quomodo circa alias mereri potuerint circumstantias illas Incarnationis, infra circa a nobis erit.

Sect. 3.

Nulla ratione potuisse Christum D. aut ipsi humanitatem sibi mereri Incarnationem D. Verbi.

In hoc sec. titulo ea comprehendimus, quae ad 2am et 3am difficultatem spectare videntur sec. praecedenti propositam. Asserimus itaque neque per merita concomitantia 1o instanti incarnationis cum sola naturae prioritate, neque per merita subsecuta, et posteriori tempore habita potuisse Christum D. aut illius humanitatem sibi ipsi mereri mysterium Incarnationis seu unionem hypostaticam cum D. Verbo. Et in primis quod opera humanitatis Christi habita in eodem instanti reali cum unione hypostatica, et illius 1a productione non possint a priori naturae esse meritoria eiusdem unionis hypostaticae mihi per probia probatur, et per priora omnia suadet. Per priora probatur suadet 1o quia humanitas, quae modo de facto producitur, non habet naturae prioritatem ad unionem hypostaticam cum D. Verbo. Consequens non est cum unione hac: nam ad me productae humanitas Christi D. per eandem actionem per quam producta est hypostatica unio. Ut a priori non esset unione obiectum erat, quod vi actionis quae habet existere sine unione possit. Hic vero probat humanitatem Christi D. quae modo per accidens est hoc mysterium, non habere naturae prioritatem ad unionem hypostaticam. Unde non habebit operationem aliquam in aliquo priori naturae ante unionem. Verum loquamur de possibili de humanitate sic producta per actionem aliam independentem ab unione hypostatica per actionem videlicet quae sola esset productiva humanitatis, sed in eorum

instanti reali daret actio alia productiva Vnionis, ita Vt simul tempore et produceretur humanitas, et Vniaretur sibi; per diversam tamen actionem. Videamus ergo quare tunc non posset humanitas mereri Incarnationem in priori naturae ad Vnionem hypostaticam.

Idem 1° alio nam prius suadetur .s. non posse etiam in eo casu dari meritum humanitatis in priori naturae ad Vnionem hypostaticam. Probatur: quia apud me est ita in natura prius ad operari, Vt 2m rerum naturam prius tempore debet causa esse, Vt mox operari sequatur. Quod maxime apud me Verum est de actibus liberis, ad quos, Vt eos libertate exerceant, praecedere debet deliberatio, seu propositio obiecti cum indifferentia ad electionem, Vt haec sit libera et in potestate Voluntatis creatae: haec autem omnia dari non possent in instanti: ergo in 1° instanti Incarnationis, quod fuit simul cum 1° esse humanitatis, sive per Vnicam, sive per duas actiones intelligatur, non potuit humanitas libere operari: ergo libera operatio humanitatis, qualis requiritur ad meritum, non solum natura, sed tempore etiam posterior fuit ad 1um instans Incarnationis: ergo per illam non potuit in priori naturae humanitas mereri Incarnationem.

Haec S. ex prius praevijs deprompta. Vt rem ad coronam deducamus, aliter etiam suadenda est doctrina huius sectionis. Et imprimis ea, quae ex P. Suar. attulimus de ordine intentionis et executionis et duplici illo decreto Dei, quorum alio Deus decernat Xpum per modum intentionis ante praevisa ipsius merita, alio quo decernat executionem illius, scilicet decreti postquam merita Xpi Domini praevisa sunt, non levem huic difficultati, quae ad modum de praedestinatione tanquam in proprio loco spectant. In praesentiarum adhuc tenendo hanc distinctionem decretorum non satis cohaerent cum asserta, et ideo non potest carere defendi, Xpum Dominum cum illius humanitatem pro aliquo priori naturae potuisse sibi Vnionem hypostaticam promereri.

Probo 2.^m 3.^o Sic. q.^a decretum illud, q.^o Ds. per mod. executionis ad Incarnationem supponit iam Incarnationem ipsam et unionem hypostaticam: ergo implicat, q.^d fiat propter merita antea praevisa, et q. sit ad executionem Incarnationis. Pa. ant: q.^a decretum illud n^m supponit decretum aliud per mod. intentionis: sed supponit etiam futuritionem absolutam meritorum: nam fieri a Ds. secundum illud decretum ex meritorum praevisione. Hoc. a praevisio n'est prae esse conditionata, sed absoluta praevisio futuritionis meritorum: merita n. conditionata n movent ut merita: ergo cum ante secundum illud decretum supponat absoluta praevisio meritorum, ante illud 2.^m decretum sunt merita Xpti D. absolute futura. Sed merita Xpti D. absolute futura supponunt Xptum D. absolute futurum, et mysterium ipsum Incarnationis unionem que hypostaticam: ergo implicat q. decretum de unione hypostatica concedenda humanitati fiat propter merita illa ante iam praevisa absolute futura. Et hinc constat n esse idem de ratione, atque de praedestinationis iustorum ad gloriam propter merita conferendam. Nam licet ~~eiusdem~~ decretum de praedestinatione ad gloriam fiat independenter a meritis, et 2.^m per mod. executionis dicatur fieri propter merita iam futura et praevisa, hic n militat ea nostra ratio: nam in meritis ad gloriam n supponitur aut includitur gloria ipsa, quae conferenda est propter merita; at in nostro casu in meritis Xpti D. includitur aut supponitur unio ipsa hypostatica, quae concedenda erat propter merita.

Sed probo iam 4.º independenter a quavis sententia dicente et a priori n posse merita humanitatis illa tempore habita concurrere in priori nostro ad promerendam humanitati unionem hypostaticam. Nam, vel merita illa humanitatis in isto priori nostro intelliguntur cum unione hypostatica, vel n intelliguntur cum ea unione: 1.^m dici nequit: nam implicat, q.^d in priori nostro ad unionem intelligantur cum

ipsa Unione. Dici ergo 2° deb. q. gra in illo priori sub Unione Hypostatica intelligant. tunc sic: merita illa sub Unione hypostatica intelligunt ut merita pure humanitatis et non condignificata ab Unione hypostatica, aut per rationem verbi: sed merita humanitatis pure et non condignificata media Unione hypostatica a per verbi. Verbi non possunt neque de condigno, neque etiam de congruo mereri Unionem hypostaticam: ergo merita illa in priori naturae ad Unionem non possunt humanitati mereri hypostaticam Unionem. Explico, et confirmo in actu contritionis quo peccator se disponit ad gratiam. Actus ille ideo non meretur gratiam de condigno quia, licet simul tempore sit cum gratia, intelligitur in priori naturae elicitus independenter a gratia: nam admittimus hic mutuam aliquam prioritatem inter actus contritionis et gratiam: nam tunc datur gratia ut eliciat ille actus. sed datur gratia quia elicitur ille actus: ergo actus ille in priori naturae supponitur elicitus independenter a gratia, ideo quia non habet condignitatem, quam haberet si eliceretur a gratia exorta, a subita supponente gratiam. Similiter in nostro casu. Actus ergo in priori naturae ad gratiam et ad Unionem hypostaticam non habent maiorem condignitatem in ratione meriti, quam si non essent simul tempore cum gratia aut cum Unione hypostatica. Cum a actus pure tales non habeant rationem meriti etiam de congruo ad Unionem hypostaticam, neque illam habebunt in priori naturae ad Unionem ipsam.

Haec, quae diximus specialiter probant non potuisse Christum Dominum aut illius humanitatem mereri sibi Unionem hypostaticam in eodem instanti reali seu cum aliqua naturae prioritate. Videamus: an potuerit Unionem promereri per merita subsecuta ad Unionem. Adverte si DD. asserunt potuisse conferri Unionem hypostaticam humanitati Christi D. in primis meritorum futurorum, ita ut non omnino gratis et liberaliter conferretur, sed intuitu meritorum quae ab ipso

Ex ipso

Xpto aliq. exant proventura. Sed adhuc hoc mihi non
omnino placet, propter similem rationem, quâ utebamur §. praecedenti.
Nam, si opera illa futura viderant ut condignificata ab
Unione, si non ita viderant: quod dicat exercitii proprie rationem
meriti ad Unionem hypostaticam, ergo etc. Illud probatur: et quidem
si opera illa viderent ad meritum ut condignificata per Uni-
onem, includunt iam et supponunt Unionem istam, tanquam
prius valoris illius et condignitatis: ergo non possunt esse propriè me-
ritoria ad ipsius Unionis. Et confirmatur hic 1°: quia prius meriti
non potest cadere sub meritum. 2° quia meritum se habet ut medium
ad consequendum praemium: ergo implicat quod meritum includat iam
et supponat ipsum praemium: medium, nam ad finem non potest sup-
ponere iam existentem et possessum finem. Si vero dicatur
opera illa non viderari ut condignificata ab Unione. Contra
nam opera illa ad meritum et valorem viderant, ut pro-
cedunt à supposito, et non à sola humanitate. Contra 2°. quia si con-
siderent, ut procedunt à sola humanitate non habebunt
iam rationem meriti, neque de congruo ad Unionem hypostati-
cam.

Circa Incarnationis circumstantias, censeo cum P. Suar-
ez disp. atque de substantia Incarnationis et alijs cum P.
Vazquez. censeo non potuisse cadere sub meritum Xpti Domini.
Ut circumstantiae sunt Incarnationis Ratio: quia sicut esse praesupponitur
ad operari, ita etiam praesupponitur ad operari esse in aliquo
loco, et in aliquo determinato tempore: ergo prius salus nostra,
Xpti Domini et illius humanitatis esse hic, et in hoc determina-
to tempore quam quod humanitas operetur, maxime si de oper-
atur libere sermo sit: nam ut optime S. Athanasius di-
alogo 1 de S. Trinit. nec non orat. 2. contra Arianos et
orat. 4. prius è naturam naturae complexi, quam naturam di-
gerere libere. Reddit que rationem hanc: quia in una qua-
que re prius e, quod e natura, quam quod pendit ab electi-
one. Alij ex his probant, non potuisse meritum Xpti Domini sup-

poni in aliquo priori nec ad circunstantias illas Incarnationis quae per modum Unionis cum illa veniunt, aut illam ex natura comitantur. Ad argumentum autem quod non potuerit mereri circunstantias has, non ut circunstantiae sunt Incarnationis, sed ut sunt beneficia, favor quae concessa aliquibus creaturis propter merita ipsius Christi Domini paulo infra dicemus. Id tamen in praesentiarum notari velim, circunstantias has, de quibus loquimur, licet habeant rationem aliquam favoris, et beneficij ad aliquarum creaturarum, quia circunstantiae illae ex Dei beneplacito decretae sunt non tamen habere specialem illam rationem beneficij, aut favoris ad Christi Domini aut humanitatis ipsius. Ut quod Christus Dominus natus sit ex Genere Abraham beneficium fuit, et favor factus Abrahae, non ipsi humanitati Christi Domini. Sicut quod natus sit in Judaea, non Christi Domini sed Judaeae fuit beneficium.

Sec. 4.

Argumenta solvimus partis adversae

Dices primo. Potuerunt antiqui Patres propter merita futura Christi Domini saltem mereri circunstantias aliquas Incarnationis. Ergo potuit Christus ipse saltem propter merita futura mereri circunstantias illas. Consequentia suadet a paritate rationis. Ex autem multis patet. Primo quia Daniel quia abbreviatum tempus ad Ventum Messiae, quia Daniel vir desideriorum erat. 2° quia Abraham propter meritum obedientiae retulit promissionem de ortu Messiae ex semine suo. 3° quia Deipara propter eximiam suam virtutem meruit saltem de congruo eligi in matrem Christi Domini. Haec autem omnia merita et gratiae initiis concessae fuerunt propter merita Christi futura: ergo supponebant Christum ipsum, et illius merita circunstantiae illae. Ergo etiam in Christo Domino poterant ipsius merita, licet futura supponi ad circunstantias illas. Nego ex proxime dictis sectione praecedenti distinguendo autem. Potuerunt antiqui Patres propter merita futura Christi Domini mereri circunstantias aliquas Incar-

nat.is ut circumlit. sunt Incarnat.is n.o Ut beneficia sunt
eorundem antiquorum PP.um Ideo. Similiter distinguendum est 3o-
ent. Unde seq.r Xpm D. non eas sibi, sed aliis meruis-
se: q.a illa, quæ circumlit. Incarnat.is PP.is sunt fuerunt
aliorum beneficia, in quorum gratiam et favorem concessa.

Dices 2.o potuit Xpus D. per dona supernalia crea-
ta hisi opera condignificata ad meritum in aliquo priori
non ad Unionem hypostaticam: ergo potuit per illa opera
in eo priori non aliter mereri Unionem hanc. Prob. ant.: q.a
in Xpo D. non sola fuit Unio hypostatica cum increa-
atis donis, sed cum donis etiam creatis, a quibus opera
illius dignificarent ad meritum. Nego 1.o admissis in
Xpo D. ipsis donis supernalibus creatis: adhuc tamen dico
e, ea non esse in priori non ad Unionem hypostaticam. Et ideo:
nam omnia dona quæ humanitati Xpi D. concessa sunt
propter Unionem hypostaticam, tanquam propter 1.o gratiam
et radicem gratiarum concessa sunt. Nego 2.o omisso
quod illa dona creata supponerent ad Unionem hy-
postaticam in aliquo priori non, si videlicet omittamus
concessa esse humanitati independenter ab Unione. Nam quæ in
eo casu esset, adhuc opera illa, ut dignificata in illo prio-
ri non ad Unionem, non esse meritoria ipsius Unionis hy-
postaticæ neque de condigno, neque de congruo: quia propter
improportionem non assurgunt opera illa ad meritum
etiam de congruo Unionis hypostaticæ, nisi viderent ut
condignificata ab Unione hypostatica. Nego 3.o cum P.
Rayn. hic. lib. 3. sec. 2. c. 1. n. 470. Et iterum c. 2.
n. 190. act.is Xpi D. non posse spectari, ut fieri dig-
nas per dona creata, quia impossibile est ad suppositum, cuius illæ
act.es sunt, non illas dignificet et elevet ad valorem sui pro-
prii. Possunt quidem act.es illæ considerari a nobis inadæ-
quate, prout condignificant fieri a donis creatis, sed po-
terant sic exerceri: erant a meritoria apud Deum non

Ut possunt à nobis sub peccato vitiari; & ut reipsa à
Xpto D. exercebant.

Dices 9o: Xptus D. potuit mereri continuationem seu conservationem Incarnationis seu Unionis hypostaticae: ergo potuit illam mereri pro 1o instanti. Pa. ma: quia eius est idem donum, aut beneficium humanitatis; humanitas que potuit illius conservationem promereri, poterit etiam promereri illius 1am productionem. Confirmatur: quia potuit Xptus D. promereri Incarnationem alterius Deiparae: ergo potuit etiam suam ipsius Incarnationem promereri. Pa. coa: quia aequale donum è Incarnatio alterius personae, atque sui ipsius Incarnatio. Ad argumentum potest dari 1o ressi cum P. Rayn. hic c.1. n.159. et cum Suar. disp.10. sec.4. & dicitur potuisse, nando Xpto D. dat illius humanitati meritum continuationis seu conservationis Unionis hypostaticae. Ratio ipsorum est: quia Unio hypostatica è aliquid ex sua natura incorruptibile, nec nisi per miraculum destrui à Deo potest, ex quo semel producta est humanitati concessa fuit. Quare cadit sub meritum, absque eximit eodem modo continuatio quo 1a ipsius productio. Declaratur, sive non est novum beneficium in continuatione seu conservatione Unionis hypostaticae, nec tantum quantum fuit 1a collatio ipsius: nam hoc naturaliter sequitur ex 1a illius productione et collatione. & adhuc 2o ressi potest omisso antea pro ista cum P. Aldre. qui meritum continuationis aut conservationis Unionis hypostaticae concedit Xpto D. disp.23. sec.4. n.6. omissa anteri non coam. Ratio disparitatis è: quia ad continuationem Unionis hypostaticae, et mysterii Incarnationis supponitur iam institutum, et cum Unione hypostatica Xpi D. pro instanti anteri, poterit que hec Unionis meritum in instanti A, et ipsius continuationem in instanti B. Et hoc eadem è disparitas ad confirmationem: nam ad promerendam Unionem hypostaticam alterius Deiparae supponitur Xptus D. institutus; non vero ad suam ipsius Unionem.

Dices 4º: Si Praedestinatio ad gloriam sit ante
praevisa merita, potest gloria postea dari propter merita: ergo licet
praedestinatio humanitatis ad unionem hypostaticam sit an-
te praevisa humanitatis merita, poterit illi postea dari unio propter
merita. Consequentia patet a paritate rationis, et antecedens ex materia de Praedes-
tinatione desumitur. Confirmatur 1º: quia potuit Deus decernere Chris-
tum futurum, et mox in Christo futuro videre bona opera
meritoria: ergo potuit propter haec opera praevisa decernere exe-
cutionem illius decreti, seu velle exequi id ipsum, quod antea de-
creverat; sed in hoc casu conferetur unio hypostatica propter
merita praevisa: ergo etc. Confirmatur 2º: quia bene poterat Deus
inter omnes humanitates possibiles, antequam illam decerneret eligere-
ret, videre illam recte semper operaturam, et ex hac prae-
visione decernere ad illam eligendam et concedendam illi
unionem hypostaticam; sed tunc dabitur illi unio propter
merita: ergo potuit talis unio propter merita dari. Ad ar-
gumentum, recto omisso antecedenti, de quo longum est dissidium inter Theologos
ad materiam de Praedestinatione, omisso quoque antecedenti, nego conse-
quentiam. Disparitas est manifesta ex dictis: nam merita
in ordine ad gloriam non supponunt collatam ipsam gloriam
sed supponunt conferendam; at vero merita humanita-
tis, ut condigna sint, aut etiam congrua ad unionem
hypostaticam, debebant supponere collatam ipsam
unionem: neque sine unione hypostatica, ne congruitatem qui-
dem habent ad tantum bonum promerendum.

Ad 1am confirmationem omisso etiam antecedenti de illo decre-
to per modum intentionis distinguo consequens: ergo potuit Deus propter
haec bona opera praevisa decernere executionem illius decreti,
tanquam praemium operum illorum, nego; tanquam medium ad illa
opera habenda, concedo. Itaque aliud est concedere unionem
hypostaticam tanquam medium necessarium ad opera Christi, et
aliud vero concedere talem unionem, tanquam praemium operum illo-
rum. Hoc negamus; illud vero concedimus. Ad 2am confirmationem:

qa meritum se habet ad premium, tanquam medium ad con-
sequendum finem; idque quod medium est ad finem, ea ratione
qua medium est, debet praesupponi ad finem. Inde
sic: si Unio hypostatica sit finis, et premium, debent
oa cum suo merito, et valore praesupponi ad
Unionem hypostaticam; si ergo opera praesupponantur ad illam
non habebunt condignitatem, aut dignitatem meriti ad Uni-
onem hypostaticam: ergo implicat quod habeant hanc rationem
meriti, et quod ad illam Unionem praesupponantur. Confirmatur
si enim Deus ex amore et complacentia meritorum Christi
Domini movetur Deus ad conferendam humanitati hy-
postaticam Unionem: tunc enim Unio ipsa non est finis, sed
medium, et convenit praesupponi ad merita ipsa Christi Domini
tanquam ad finem intentum a Deo. Ad 2um conferendum
distinguo hypothesim illam: nam vel scientia illa erat con-
ditionata, vel absoluta meritorum. Si est conditionata sit
non est ad rem: nam merita sub conditionata non habent
premium absolutum: sic ergo propter merita conditionata conferat Deus
Unionem hypostaticam, non illam conferat tanquam premium,
finem que meritorum, sed tanquam medium ut illa me-
rita conditionata fiant absoluta. Si autem scientia illa di-
catur esse absoluta meritorum humanitatis Christi Domini: videbit
humanitatem ipsam cum Unione hypostatica operantem,
qualis reipsa est in statu absoluto.

Dices 3o: Potuit Deus intuitu futurae solutionis
seu compensationis exhibendae a Christo Domino per bona ipsius
opera, conferre humanitati illius Unionem hypostaticam, licet
ei jam collatio Unionis esset propter merita futura, et non
omnino gratis, aut ex mera liberalitate: ergo potuit Deus con-
ferre humanitati Unionem hypostaticam non omnino gratis, aut
ex mera liberalitate, sed propter merita futura: ergo potuit
Christus Dominus propter merita futura mereri Incarnationem ipsius
factam, et Unionem concessam. Confirmatur hoc, et expla-

cuius ex exemplo in lauri: qui gratuito commodat Artifici, ut habeat unde distrahat, nova pro ipsa commodante extracta. 2º exemplo agri alicuius, aut domini, quod indigenti cedat, ut postea compenset donatio ipsa fructus inde extractos; quo exemplo utitur Duran. in 2º dist. 5. q. 3. Vasquez confirmat exemplo Principis qui militi arma et equum praebet cum obligatione et pacto, ut ea ipsa postea mereat militando, quo exemplo utitur Suar. nec tamen illi satisfaciunt, fateor. Ut ego verum fatear, agnosco hic nihil quam de nomine: an. s. hoc dicatur meritum, et proprie an praemium sine doni antea collati quasi credito sub obligatione solutionis et compensationis futurae. Pater Bayn. lib. 3. sec. 2. c. 2. non agnoscit hic veram et propriam rationem meriti. Primo modo aliquid de proprio merito. Vocat quod hoc meritum compensativum et impropie meritum. Et inter quidem si de re sermo sit, ut nam quod ego alteri rem credito vendam, et solutionem ipsius praeveniam, fit ex liberali benignitate, ut adiungat spei aut certa sua aliquando exhibendam mihi solutionem. Exemplum quod idcirco probant, quod de re redimus Christo pro Deo ... potuisse conferri ante unionem hypostaticam sub spe aut scientia fore, ut aliquando Christus ipse Deo compensaret beneficium illud ante collatum humanitati. Addunt tamen asserimus anticipatam illius beneficii collationem non fieri proprie ex meritis, sed ex liberalitate.

Sec. 5.

Quid nobis meruerit Christus D.

Dissertatio haec tota defacto est: non inquirimus quid potuit Christus Dominus nobis mereri, sed quid defacto meruerit nobis. Hoc autem sit, vel de hominibus post Christum natum venturis, vel de hominibus ante Christum natum; in quo etiam sunt primi parentes qui in gratia conditi, quibus etiam annectendi sunt Angeli. Et lo-

q̄do de hoib9 post Xp̄m natis. Supponimus fide certū
oiā dona grē, sive actualia, sive habitualia, et qq̄
ex ordinis supnali conferri nobis per merita Xpi D.
decrevit .n. Ds nihil boni nobis conferre in ordine ad
vitam aeternam nisi ex grā per Xpm, et qq ipse
Xpus D. sua merita applicaret. Applicuit ḡo et voluit
sua sp desse merita, ut grae dei, quae accipia ferant, ab
illo tanqm à 1o gratiarum fonte in nos per ipsius merita
derivarent, iuxta illud Joann. 1o de cuius plenitudine
nos oēs accepimus. Et illud etiam Pli ad Ephes. 1. in
quo hemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem
peccatorum secundum divitias grae eius. (Nota hic tm̄
auxilia sufficientia conferri sibi ex meritis Xpi
D. n. ut q̄d dicunt pure sufficientis et rationis
efficacis. sed entitatem auxilij positivam qm re
ipsa afferunt, et in qua est rō grae, et beneficij.
At vo de auxijs efficacib9 n. so qd entitatem posi-
tivam auxij dum ē nobis conferri ex meritis Xpi
D. sd etiam qd roem efficaciae, et congruitatis ad assen-
sum: nam in hoc etiam vitat spali rō beneficij,
qd Xpo pro eius spali deni, quicumq qui auxijs efficaci-
bus vocati cooperantur.

Loq̄do de hoib9 ante Xpm natis certū est
etiam illis concessam remissionem peccatorum et grā
redemptionis propter merita Xpi venturi. Supponebat
bat itaque Xpus venturus in remissionem pecca-
torum, et satisfacturus Deo pro offensis quibus eum
qui illatis, et Ds propter illa merita, quae videbat a-
liqdo futura, seu propter satisfactionem solutionem quae
aliqdo sibi exhibendam, quasi anticipata merce-
de, et credito data faciebat illis remissionem pecca-
torum, et grām conferebat. De hoc n. ē gravis ad-
mus dific. So ee generat, qua roe ipsi antiqui

Q. Deus ex meritis ipsius Xpti D. potuerint mereri aliquas Incarnationis circumstantias, quas supra enumerabamus, v.g. quia rex Abrahamus ex meritis ipsius Xpti venturi meruerit, quod ex ipsius genere et stirpe veniret, et specialiter in Deipara etiam quia rex salutis de congruo meruerit ex meritis ipsius Xpti D. quod filius eius esset, ipsa quae ipsius mater fieret. Difficultas haec in disputatione de maternitate Deiparae servabatur, breviter in modo illam expediam. Supponamus quod in Deo decretum Incarnationis D. Verbi etiam in remedium peccati bonum quae generis humani. Si decretum hoc non detrahit in illo suo priori aliquam stirpem in toto suo genere potest Deus in aliquo posteriori rationis signo detrahere stirpem, unde Verbum D. carnem assumeret. Similiter in tota illa stirpe post 2° illo decreto non detrahit personam, quae sit mater ipsius; sed in alio 3° rationis signo personam hanc potius quam illam detrahit.

Quanto ad decreta haec hendam attendere potest Deus ad merita alicuius puta v.g. ad merita Abrahami, ut decerneret, ex illius stirpe futurum Messiam et ad merita etiam M. V. ut decerneret, illam detrahere fore matrem Dei, fit inde 1° quod personae illae dicantur, saltem de congruo meruisse id quod per illa decreta in eorum favorem Deus decrevit, licet ipsi nihil forasse petentibus nihil videre ne illa cogitantibus. Fit 2° quod Deus ex vi primi decreti quo Xptum futurum decrevit et ante 2um et 3um decretum, viderit ipsius Xpti D. merita operaturum in solutionem cuiuscumque boni antea etiam hominibus versi et examore, et complacentia in solutione illa et satisfactione exhibenda decrevit conferre ipsis hominibus v.g. Abrahamo et Deiparae auxilia et dona gratiae, quibus licet nihil cogitantes disponantur, et mereantur de congruo id, quod Deus post illorum merita conditionate prius illis decrevit. Ecce quo modo anti-

qui Adamo et Deipara non sunt meruerint saltem de congruo
permanentiam illam, sed etiam ex meritis ipsius Christi D.
Hic a conducere, ordinem, et prioritatem illam Decretorum
Dei non esse realem, sed rationis: nos enim ratione nostra non sunt distingui-
mus in Deo decreta, sed eius ordinationem, ut scilicet rerum
nostro modo scilicet humano ordinate intelligere possimus, sed
cum fundatio in rebus ipsis, quod fundatur in dependentia,
vel independentia unius rei decreti ab alia.

Super est hic difficultas alia de gratia primis
Parentibus collata in statu innocentiae, alia de gratia col
lata Angelis in primo suae productionis instanti, et quod ad
istud attinet divisi sunt AA. Nam qui dicunt, ven
turum Christum D. etiam non peccante Adamo, dicunt eti-
am gratiam illam primis Parentibus collatam pro in
nocentiae statu etiam esse ex meritis Christi D. iam
decreti et venturi. Qui vero asserunt non venturum
Christum D. nisi peccante Adamo, consequenter dicunt gratiam
Adamo collatam in primo illo iustitiae originalis statu non
esse ex Christi D. meritis, sed gratis ex Deo liberaliter. Et
ratio est: quia cum decretum Incarnationis in hac sententia sit post prae
visum Adami peccatum, et haec praevisio peccati supponat
amissam gratiam, et iustitiam originalem, sequitur quod haec
omnia ante decretum fuerint venturi Christi D. Ponamus
enim Adamum non peccasse, ut potuit, in hac sententia Christus
D. non veniret, et tamen collata fuisset Adamo gratia illa
prima et iustitia originalis: ergo illa in eo casu et sic esset
collata independenter a meritis Christi futuri: ergo non esset
ex eius meritis casu quo Christus illo non peccante ven
turus non esset. Sed de hoc iterum tota quaestio sequitur. Quod si dica-
tur hinc sequi primos parentes nunc in beatitudine
habere aliquos gradus gloriae quos Christo D. non debebant
quod non est asserendum. Respondetur: quia post poenitentiam et re-
viviscentiam meritorum aliqui gradus gloriae correspon-

dent illi 1.^a gra͠ amissæ postea, et postea recuperatæ: si q̃ illa gra n̄ erit ex meritis Xpti D. neque gla illi correspondens erit ex ipsius meritis.

Sed resp. posset satis ingeniose ex P. Bernal d. 58. sec. 4. n. 55. revivicentiam ipsam meritorum quæ deperdita n̄ e͠ ex natura rei debitam pœnitentiæ, sed novam gram, favorem quem a Deo liberaliter indulget pœnitentiæ, et remissioni peccatorum. Si ãt dicat favorem hunc, et novam hanc gram a Deo concessam pœnit. intuitu meritorum Xpti, fit inde q̃ n̄ sola gra ipsius pœnit. et remissionis, s̃ ipsa etiam anterioris gr. revivif centia sit ex meritis Xpti D. inde lt. gra illa ut concessa n̄ sit ex Xpti meritis; adhuc tn̄ illa, ut revivisceus, iterumque recepta, erit ex meritis ipsius gla quæ ipsis correspondens erit ex eiusdem meritis: neq gra illa n̄ detrat mo, neque dignificat subiectum ad gloriam q. 1.º recepta fuit (hoc e͠ pœnitus evanuit per ipsius amissionem) sed ut revivisceus per pœnitentiam.

Sed adhuc resp. 2.º posset n̄ minus congruenter, omisso, q̃ revivicentia illa meritorum n̄ sit novus favor, s̃ q̃ ex natura rei debitus ipsi pœnit. et peccatorum remissioni. Si tn̄ ut reipsa contigit, pœnitentia hæc, et peccatorum remissio concedatur primis Parentibus ex meritis Xpti D. seq. q̃ ipsa etiam 1.ª gra, ut revivisceus per pœnitentiam sit ex Xpti meritis, n̄ quidem immediate, et in se ipsis, s̃ in pœnit. et remissione, quæ ex meritis Xpti D. erit, et cui debet hæc meritorum revivicentia. Qui ergo debent Xpto D. pœnitentiam, et remissionem, dent etiam illi hanc gram, et meritorum revivicentiam, glam quæ ipsam 1.ª gr. correspondentem.

2.ª hic diffi. erat de gra Angelis oibus collata in 1.º sap. statu, et de perseverantia, et

augmento gratiae sanctorum Angelorum. Multa hic ab aliquibus immiscent ex materia de Angelis ubi de ipsorum peccato, deque ipsorum meritis, et via ad merendam gratiam. Quod ad praesens attinet, meruisse Xpus D. Angelis primam gratiam, tum auxiliantem, tum sanctificantem docent quotquot asserunt Xpum D. propter suam ipsius excellentiam decretum ante omnem creaturam. Ita ipse Suar. disp. 42. sec. 1. et P. Valent. q. 8. punct. 3. Ex contra alij, qui cum S. Thoma censent Xpum decretum post peccatum hominum, censent gratiam Angelis concessam independenter à Xpi meritis. Ita P. Vaz. disp. 49. c. 2. cum S. Thoma hic q. 1. ar. 2. et in 3. dist. 19. q. 2. ar. 2. Card. de Lug. disp. 27. sec. 3. docet, licet primam gratiam habuerint Angeli independenter à Xpi meritis, attamen perseverantiam illis concessam ex meritis Xpi D. P. Bern. disp. 99. sec. 4. §. 3. docet, non improbabiliter Angelos duplici decreto habuisse gratiam ex duplici motivo: alio decreto priori independenter à meritis Xpi D. alio decreto posteriori ex meritis ipsius. Hinc videtur difficultatem hanc totam inde solvendam, ubi dicat ordo decretorum Dei de misterio Incarnationis et eorum conditione, quod probabimus q. sequenti. Id in praesenti noto quod cum dicat, adhuc tamen dicitur, Xpus D. de facto esse caput hominum, et Angelorum: nam licet illis non influxerit moraliter primam gratiam, modo tamen omnium caput est, propter excellentiam Unionis Hypostaticae, et [illegible] Ds humanitati [illegible].

Q. 7.a

An si Adamus non peccasset, Verbum Divinum incarnaretur?

Sec. 1.

Eligitur, et authoritate probatur sententia negans

Quæstio hæc gravis admodum est inter D.D. Theologos.
Et videmur in illa sensum Dei scrutari, quod temerarium
forte esset, dicente Apostolo: quis novit sensum Domini aut
quis consiliarius eius fuit? Temerarium, inquam, forte esset
nisi D. Verbo, ex Ss. PP. recte quæ rationem suam
in rem hanc venire, et ascendere docuisset. Igitur hic
duplex videtur difficultas involvi. Prima est: an non pec-
cante Adamo Verbum D. incarnaretur ex vi præsentis de-
creti? Hæc est absoluta quæstio, et de facto: sive non est: an
de facto tale sit decretum in Deo circa D. Verbi Incarnationem
ut etiam Adamo non peccante, deberet Verbum D. incar-
nari ex vi talis decreti? Alia difficultas est: an licet de-
facto non sit decretum in Deo, ex vi cuius veniret in-
carnatum Verbum D. non peccante Adamo, adhuc tamen du-
bitari, forte ut veniret ex alio decreto, quod tunc he-
ret Deus casu, quo Adamum non peccaturum prævideret?
Sed certe dubium hic quæstionis mihi rem à nobis inquirit teme-
re solvendam: quis enim scire possit: an Deus fe-
cisset, vel non haberet decretum aliud, si Adamum non peccatu-
rum prævidisset? Et si Deo placet eam à nobis sci-
am conditionatam decretorum Dei expetent, qui
Deo ipsi scientiam conditionatam decretorum suorum
vix, ac ne vix quidem concedant. Hoc dixerim oc-
casione quæstionis huius, in qua Magister Alfonsus de Luna Do-
minicanus lib. observatis in 3. p. Magistri Medinæ de Incar-
natione q. 1. ar. 4. apud P. Henao de Scientia Media docet,
Deum non scire quid esset facturus in tali casu,
sicut in aliis multis conditionatis contingentibus.

De quæstione igitur loquimur solum sensu: an sit ex
vi præsentis decreti Verbum D. carnem assumeret
non peccante Adamo, sive quod idem est, an detur in Deo de-
cretum de Incarnatione, ubi independenter a peccato Adami?

In hac q. duplex est sententia celebris. Prima affirmat venturum D. Verbum, etiam non peccante Adamo, ita ut de facto sit in Deo decretum de Incarnatione Verbi independenter ab Adami peccato. Ita Scotus in 3. dist. 7. q. 3. et dist. 19. q. unica. Alensis 3. p. q. 2. Albertus in 3. dist. 20. ar. 4. Maior dist. 19. q. 4. Gabriel dist. 21. q. unica ar. 1. notabili 3. Richardus dist. 3. q. 3. Catharin. lib. 1. de eximia Xpti praedestinat. quos referunt, et sequuntur Scotistae. Item Ulloa 3. p. tract. 9. ar. 3. Gabriel in 3. dist. 7. q. 3. Smising de Deo Uno tra. 3. dp. 6. q. 12. Castillo 3. p. dp. 4. sec. 1. Tenent etiam ex nostris P. Suar. dp. 5. sec. 4. P. Quente Hurtad. dp. 13. sec. 12. in quam magis etiam inclinat P. Sparza in praelectionibus Romanis de Incarnat. q. 17. post utriusque partis fundamenta librata. Divisi in sua ex parte modo huius sententiae. Alij non unicum solo decretum admittunt de Incarnatione futura, cuius principale motivum sit Incarnatio ipsa propter suam ipsius excellentiam, et bonum Universi. Secundarium vero, et quasi occasionatum sit remedium peccati. Alij vero admittunt duplex in Deo decretum unum s. propter excellentiam mysterij, et aliud propter peccati remedium, tanquam propter motiva adaequata.

Secunda sententia extreme opposita negat venturum Xptum D. ex vi praesentis decreti, si Adamus non peccaret. est Angelici Praeceptoris hic q. 1. art. 3. et in 3. Sent. 1. q. 1. ar. 3. et q. 29. de Verit. ar. 4. ad 3. et 1. ad Timothei. 1. lect. 4. Sequuntur Thomistae. Capreo. in 3. dist. 1. q. unic. ar. 1. concl. 1. Ferrara 4. contra Gen. c. 55. Caiet. et Medin. hic q. 1. ar. 3. Alvarez. Nazarius, et Cornexo ibidem. Cabrera. dp. 1. for.

dp. 10. Araujo q. 1. ar. 3. dub. unico. Omnes apud quos M. Godoy hic quos ipse assentit. Ex nris. Gatti. dp. 10. cum Alexan. de Incarnat. dp. 9. Card. de Lugo. dp. 7. P. Gran. trac. 3. dp. 1. sec. 3. P. Bern. dp. 16. sec. 2. n. 21. P. Amicus dp. 7. sec. 1. n. 20. P. Conink dp. 4. dub. 1. sec. 3. n. 21. Aldaer. dp. 17. apud quem P. Valent. dp. 1. q. 1. punct. 7. et P. Viguessa dp. 28. § 9. et Sancty Bonab. in 1º. p. 2. q. 2. amicam hanc sam eé ofor miorem SS. magis, quæ honorare Dey, magis quæ exaltare mysteriy Incarnat. Et sic AA. si ox pte videant divisi in suos etiam dicendi mod, in puncto tn principio veniunt. Id mihi in notandy venit, s. n poe eé mediam aliqm sam, quæ harŷ alteri n adiungat: nam hę duę sq sunt 2ª dictorie opposite, et reducunt ad hoc pp datur, n dat in Deo decrety Incarnatis independent a peccato Adami.

Monet hic 2ª sa, et ey tota q. Vt diximg, de facto sit, n possumg a priori decernere quodnam sit in Deo decrety libery; sd id nobis a posteriori pbandy e. a Dª. s. revelat. nobis facta per S. Scr. et Pptr. sum, vel discursu aliquo theologico inde deducto. Igr probari solet 1º sa hęc testimonijs SS. in qq remediy peccati assignat ca finalis adveniy Xpti D. Joan. 3. Misit Dus filiy suy, n vt iudicet mundy, sd vt salvet mundy per ipsum. Et c. 10. Ego veni in mundy, vt vitam heant, et abundantiam heant. Math. 18. et Luc. 19. Venit filiy hois quærere, et salvy facere, qd perierat. Ad Galat. 4. misit Dus filiy suy factum ex muliere, facty sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, et adoptionem filiory reciperemus.

Et 1a. ad Timoth. 1. fidelis sermo, et omni accept.
dignus, quod Jesus Xpus venit in hunc mundum peccato-
res salvos facere, quorum primus ego sum. Nec satisfa-
cit si dicas, testimonia haec non excludere motivum
aliud quod habuerit Deus de Incarnatione. Ubi n. non dicitur
nullibi solo venisse Xpum D. ut salvet mundum per
ipsum, neque venisse solo ut eos, qui sub lege erant, re-
dimeret, etc. Acuta sane, si Deo placet responsio;
quis n. dubitationi, aut quis locus esset si in ipsis SS.
verbis ea exclusiva contineret? Utaque eo ipso, quod in
Scriptura sacra nullus alius Incarnationis D. Verbi finis assig-
netur, cum ita saepe de adventu domini et fine illius
sermo sit, et exclusiva ibi non exhibeatur, arguimus in
ipso sacro textu, nullum alium fuisse finem decretum
Dei in mysterio Incarnationis.

Ut à [illegible] legitimus sit discursus noster ex ipsis SS.
testimoniis derivatus, et ut etiam appareat quod SS. Pp.
sentiant in re ista, pro qua doctrina nostra SS. Pp. authoritatem
mitto alias, et do clariora illorum verba in rem hanc. Aug.
expendens illud Matthaei, et Lucae, quod adduximus, sic ait: Ve-
nit Filius hominis quaerere, et salvum facere quod perierat. Si homo
non periisset, Filius non venisset. Ita Serm. 8. de verbis Apos-
toli. Et serm. 9. nulla causa veniendi fuit nisi peccato-
res salvos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, et nulla est
causa medicinae. Ambros. lib. 4. de Incarnationis Dominicae Sa-
cramento c. 6. quae erat causa Incarnationis nisi ut carnem quae
peccaverat per se redimeret. quasi diceret: certe nulla
alia erat causa. Greg. Magnus 4. Reg. 1. Si ergo pro pec-
catoribus venit, si peccata deessent, eum venire non oporte-
ret. Nota illationem ergo deductam ex sacro textu
in quo dicitur pro peccatoribus venisse Xpum D. Leo etiam
Magnus serm. 3. in Pentecos. Si n. homo ad imaginem

99 et similitudinem Dei factus in suo honore non mansisset
99 nec diabolica fraude deceptus à lege sibi proposita
99 per concupiscentiam deviasset, creator mundi cum infe-
99 ret. Hæc sunt clarissima Latinorum PP. verba, nec minus
clare loquuntur Græci PP.
99 Nazianzenus cognomento Theologus orat. 36. quæ
99 est 4. Theolog. quæ à humanitatis propter nos susceptus
99 causa extitit? Profecto ut nobis salus pararetur. Quænam alia
99 ad causam afferri potest? Athanasius orat. 3. co. Arianos ne-
99 cessarium est, inquit causam illam priorem esse, sine qua illud
99 ipsum nunquam extitisset. Paucis quæ interiectis subseq.:
99 cæterum Dominus non habuit causam ut esset Verbum, nisi
99 quod Patris esset germen et sapientia unigenita. Cum ve-
99 ro homo efficitur, causam substituit, cur eum oporteat carnem ge-
99 rere: necessitas quippe, indigentia quæ huius anterior
99 est, quam illius nativitas, qua sublata indigentia carnem
99 non induxisset. Sanctus Irenæus antiquissimus Pater ad
99 versus hæreses c. 14. si n. non haberet caro salvari, ne-
99 quaquam Verbum Dei caro factum esset. Vide alia
si vacat, PP. testimonia in P. Vaz. disp. 10.
sec. 8. aut in P. Amico disp. 7. sec. 1. Sed iam hic mi-
hi deducendum est, et 1º quidem PP. in suis his
testimoniis expressisse exclusivam illam, quam in Scrip-
tura verbis aliqui desiderabant, imo ita intellexisse
sacra verba, ut non nisi per exclusivam alterius cuius-
cumque causæ finalis sufficientis et adæquate moventis
Deum ad Incarnationem exponenda SS. verba asseve-
rint. Quæ omnia præferunt, quando aperte dicunt, unicam
adventus Christi causam fuisse salutem nostram, nec illum
venturum si homo non peccasset. 2º noto, eo legitimum in sui
PP. dicimus illum, quo nos ex Scripturis deducebamus
hanc fuisse adæquatam solam quæ causam finalem

mysterij Incarnati. s. ex eo q. nulla alia assignet in Scrip. sa pro salute nram. Nam vel an [illegible] SS. PP. inepte admij intulisse exclusivam illa ex Script. verbis, vel si ij prudent, et probabilit. illa inde deducendam intellexere, prudent quidem et nos id ipsum intelligimus, ut dicamus satis esse arguto Theico ex Script. verbis deducendo pro nra sa confirm. dà, q. nulla alia caa in sacro assignet textu.

Sec. 2.

Responsiones evanescunt, et probatio à rõe eruit.

In re adeo gravi lt aliquanto immorari, et responsiones afferre, qui à viris aliàs doctissimis afferunt, ut videamus, qua rõe datam aperta, ut vident, PP. testimonia oppositam sam tueant. Pa 1a responsio est sum PP. ee n̄ venturum Xpm ld. passibilem, et mortalem, si hõ n̄ peccasset, venturum tn̄. silit n̄ venturum ut redemptorem si n̄ esset hõ peccator, qui redimerit, venturum tn̄ abrè. Qd adhuc dupliciter explicant: alij n. dicunt venturum hoim, lt impassibilem, et immortalem: alij vo venturum quidem Deum hypostatice unitum cum aliqua naà rõali creata Angelica. s. vel humana. Diversitas hec ex diverso eorum sn̄ oritur circa ordinem decretorum Dei. Quicqd dehoc lt discrimine, [illegible] hec responsio in apta PP. verba et clarissimum eorum sum. PP. n. n̄ adhibent limitat. hanc, qm DD. isti volunt. Curgo nra eos abrè locutos censent. Deum ea limitat. Confirmo: qa ij ipsi, qui PP. antiquioribus eum sum affingunt, aperte fatent, alium ee sti Thõ sum, et mentem: cum tn̄ s. Thõ in re illa n̄ alia rõe loquat, quam PP. illi antiquiores. Curgo s. Thom. ea ipsa rõe loquentem n̄ intelligunt, ut

ipsos PP.^es: Cur et ipsi adversarij n. loquunt, ut locunt PP.^es. s. abte, et illimitate. Non alia de caa nisi q.^a pp.^es illi diversi sunt: Xptus D. n. venivet Adamo n. peccante: Xptus D. n. venivet passibilis, et mortalis Adamo n. peccante. Confero adhuc g q.^a Sanctus Thomas asserit, Xptus D. n. venturus Adamo n. peccante. Scotus v.^o ait venturus, etiam n. peccante Adamo, censet Scotus c.^a dicere S.^to Thom., et sibi c.^a dicit Scotus, et qui cu eo locunt alijs PP.^bus cu q.q. loq.^a Sanctus Thomas.

Hinc etiam reiecta mit aliorum quædam responsio asserentium, PP.^es n. nari abte n. venturum Xptum D. Adamo n. peccante, sillus n. venturum propt nos, et propt nram salutem, q.^d verissimum est q.^a n. existente peccato n. veniret ad salvandos peccatores. Certe multum desudat i inturendo. Qui confirmant ex Aug.^o oratione 2. in Psal. 36. ibi: Si tu, o homo, n. dimitteres Deum, n. fieret pro te homo Deus. Ex verbis, inquiunt, n. nat. abte n. venturum: sed cu limitatione dici, s. n. venturum pro hoibus. Quasi PP.^bus in dubio esset, aut ee posset id, q.^d evidentissimum est. s. n. venturum pro salute hoium, si ho n. esset in statu miseriæ, et peccati, in cuius remedium venire oportuit. Responsio, inquam, hæc mit etiam reiecta, et preclusa: nam ut constat ex dictis, PP.^es n. isto ea limitatione s. propt nos, s.^d abte asserunt, n. venturum Xptum D. Nec obstat, q.^d aliquando cu ea quasi limitatione loqui velint: nam qui abte dicit, n. venturum Xptum D.^m bene etiam dicere pot, n. venturum propt nos: sui n. limitatus comprehendit in abto, et illimitato: si n. Adamo n. peccante venturus n. esset, neque propt nos, neque propt causam aliam venturus esset, Adamo n. peccante. Et confirmatur: nam, dum PP.^es asserunt n. venturum Xptum D. n. esse

tenti peccato hominum, extendant Dei amorem, et beneficentiam erga nos extollere, apud quem tanti fuit nostra salus, ut qui alias venturus non esset, vix nos extremè indigentes viderit, cum ad nos redimendos, et salvandos venire decreverit, tantum quae bonum nostrae saluti et commodis voluerit inservire.

Pater Pluvr. disp. 13. sec. 12. ubi propriam sententiam exponit, asserit, decrevisse Deum ab aeterno Incarnationem ante praevisionem peccati, et in eius emendationem si committeretur. Hanc decreti conditionatam appendicem addidisse ut possent dicere, venisse Christum Dominum ex vi praesentis decreti prorsus independenter à remedio peccati. Unde postea sec. 18. subsec. 3. testimonia Patrum ubi dicunt Christum Dominum venisse, ut eos qui sub lege erant, redimeret: ita interpretatur sub conditione si opus esset. Et iterum: Venit salvum facere, quod perierat, id est, salvare paratus perituros. Et rursus subsec. 4. ita etiam Patres interpretatur: ut dicant, venisse Christum Dominum ut sanaret homines, si sauciarentur: satis quod sibi conatus verum, si dicat, Incarnationem non fuisse omnino independentem à nostra salute procuranda, casu quo id necessitas hominum fieret. Concedit tamen quod si homo non caderet, etiam venisset Christus: Venit enim propter imminentem casum. Et quis non videt, quam longe à mente Patrum sit, qui aperte asserit, venturum Christum, etiamsi homo non caderet, cum Patres aperte locuti dicant, non venturum nisi homo cecidisset. Rursus Pater ipse Pluvr. docet venisse propter imminentem casum, periculumve cadendi, seu antequam praevideret casum ipse futurum: Patres autem non propter solum periculum cadendi quod ante casum erat, sed propter casum ipsum, et ut nos ab illo sublevaret venisse.

Pater Fur. disp. 9. sec. 5. § ... ex illis rationibus Patrum testimonia [illegible] assignare [illegible] unam causam quae Incarnationis ... ratio illa volendi Incarnationem maxime propria hominum fuit, quamquam praecipue

Ita ipsi

Scripᵗ: loqᵘ. 2º qᵃ Vtilissima ea nobis est ad exagerandam peccati malitiam, et eximiū Dⁱ amorē erga peccatores. 3º qᵃ hæc rōmorē declarat necessitatem Incarnationis. 4º qᵃ hæc qᵈ dammō complectitᵘʳ reliquas alias. 5º qᵃ hic rō n. 5. ɔtinet cām Incarnatⁱˢ, et cām etiam modiū eiusdem .s. Vitæ passibilis in redemptionē nrām. Tandem ɔcludit institutū Pᴾᵘˢ ñ tam fuisse subtiliᵘʳ investigare primas rōes Dⁱ consilij, et oīā motiva Dⁱ Voātis, qm̄ explicare mysteriū prout factū est, et cāg eiq. Sᵈ adhuc pace eximij Dⁱⁱ dixerim, ñ satis facit. Forte satisfaceret si Pᴾᵘˢ testimonia sᵒ dicerent Xpūs Dñ. venire ad salvandos hoēs. Sᵈ cū Pᴾᵉˢ aliqᵈ ampliū Velim, cū apte dicunt ñ venturū nisi hoīs necessitas id exigeret, ñ satisfit si dicatur rōm illam salvandorū hoīs fuisse a Pᴾᵇᵘˢ expressam qᵃ nobis clarior erat, nobis Vtilior, etc. Ltᵈ ꝑ º Pᴾᵘˢ fuerit institutū examinare etiam primas Dⁱ consilij roēs et cām 1º motivam decreti Incarnatⁱˢ, quantū ex Dⁱⁱ Scripturis colligere licet, satis Vitat ex ipsis sᵗⁱˢ Pᴾᵃᵗʳⁱᵇᵘˢ, qq ad nrū amorem et gratitudinē excitandā, rōm beneficij exponunt, cui multū detraheret, si ꝑ alias independent a salute nrā mysteriū Incarnatⁱˢ decrevisset.

Et hinc iam tandē rōes aliquas depromere possumus, qᵗ solūam nrām ɔfirmemus. Et 1ª quidem, qᵃ decretū Incarnatⁱˢ fuit ex infinita misericordia Dei erga hoēs: 2º fuit ex aīo sublevandi nrās miserias: 3º decretū illud fuit post ꝑvisionē miseriæ nræ: 4º si ea ñ esset sublevanda, nullū esset tale decretū. Ant est cōis doctrīa Pᴾᵘˢ ex illo Joan. 1. *Sic Dˢ dilexit mundū, ut filiū suū Vnigenitū daret.* Cuius sensus est, sic Deus dilexit mundū amore .s. et dilectⁱᵒ commise-

ratis ut Filium suum Unigenitum daret, qui mundum à mise-
ria sublevaret. Ubi nota, mundum hic, non sumi pro u-
niverso, sed pro peccatoribus, seu hominibus, qui sub pecca-
to erant, iuxta illa alia Christi D. verba apud eundem Jo-
an. 3. Non misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, sed
ut salvet mundum per ipsum. Confirmatur à contrario: quia
si Deus decrevisset Incarnationem propter excellentiam ipsius
mysterii, illam congruentius decrevisset cum natura Angelica,
quam cum humana: perfectior enim et excellentior est natura
Angelica. Sed non ita decrevit: ergo propter solum hominum amo-
rem, et misericordiam, qua erga illos affectus fuit,
decrevit assumere naturam humanam mysterium quod ipsius
Incarnationis dicente Paulo et commendante nobis benefi-
cium: nusquam Angelos apprehendit etc. Confirmatur iterum
à contrario: quia si propter bonum Universi, et illius per-
fectionem decrevisset Deus Incarnationem non esset ratio ulla, cur illam
in novissima mundi tempora distulisset: distulit tamen
quia cum in remedium peccati veniret, oportuit ad ma-
iorem tanti boni commendationem quod homines ipsi suam ipsorum
miseriam et peccati damna experirentur. Alii con-
sentiunt Patres speciatimque Origenes videndus ho-
milia 1. in Genesim, et Cyrillus Alexandrinus lib. 5. Thes-
sauri, qui post scientiam nostri peccati, dicunt, Deum
misericordia motum ad nos redimendos venisse.

